

DIARIUM THEOLOGICUM.

Sive

Universa Theologia, Viginti DE-
CAD. BUS Aphoristicè ita comprehensa
ut exincè Tyro sub fideli institu tione mediocri-
ter instructius (Deo utriusq; e laboribus benedi-
cente) Sexaginta dierum patio purioris Theolo-
giæ fundamenta ponere id est non solum Locos
Communes Theolog cum facta intelligere:
Controversiis ritè r et re; sed & Lex us Scri-
pturæ præcti. è elaborare, non inu iliter quæ-
imò per omnem vitam, quicquid solers medita-
tio suggerit. Ictio bonorum & a horum
consilia, frequens ex recitatio Scriptu-
ra approbat, ad hæc revocare
possit.

*Ita usum Scholæ Reformatæ Udvarhelyiensis
exhib' itum.*

A^o STEPHANO HSZEKI, Szatmáricsi.
V. D. M. Ecclesiæ Ref Udvarh. p r, Pastore &
coelestium ejusdem Sedis Siculic. ortho-
doxorum Seniore.

M. P.



B.

17

81

CLAUDIOPOLL

Apud MICHAELEM SZENTYEL.

Anno 1675.



Nobilissimo
FRATRUM PARI
D. LAURENTIO PEKRI,
Nobilissimi quondam D. FRAN-
CISCI PEKRI, &c. ingenuo
Hæredi

D. SAMUELI BETHLEN,
Spectabilissimi D. JOHANNIS
BETHLEN, &c. Filio charissimo.

*Magnorum Nominum Hæredibus,
Majorum Virtutum Emulis.*

IN QUIBUS

*Spes Patriæ & Ecclesiæ,
Decus & splendor Familiæ;
Delicia Parentum,
Ornamentum Ætatis;
Virtus supra ætatem,
Modestia sine ex. mpla
Cospiciuntur.*

*Ætatis & Studiorum in Pietate incre-
mentum precatur*

STEPHANUS ESZEKI Szatmárien-
sis, V. D. M. Glor

ERDELYI MŰZEUM
KÖNYVTÁRA



Gloriam Virtutis mercedem esse certissimum est
adolescentis Eximii: nec
una est nobilior quam parva Vir-
tutegloria: cujus via, licet aspera
& præceps, nulla tamen Virtuti
est invia: quo & Vos raro exem-
plo entimini, licet viribus pro æ-
tate disparibus; voto, affectu,
contentionis industriâ eadem: ut
quos diversis Patribus ex eadem
Matre Heroïnâ, benignitas Divi-
na nasci voluit; eadem etiam in-
doles, Virtutis Majorum æmula,
ad Gloriam, præmium Virtutis e-
nixè contendere jubet. Fulgeatis
licet Gloriâ Virtute parâ Majo-
rum; tamen eam proprii Martis
triumpho ita expugnatum, juxta
illud vulgatum:

*Et Genus & Proavus & quæ non
fecimus ipsi,*

Vix ea nostra puto.

TU quidem Nobilissime LAU-
RENTI, licet Nomen Genus & Na-
talia nobilissimæ Domini Pekri-
dum debeas; tamen indolem ge-
nerosam, educationem splendi-
dam, Magno Berhlemiorum
Nomine possides: quò sit utriuq;
nominis gloriæ insignibus feli-
ter in Te concurrentibus memi-
neris, quòd eorundem Virtus in
TE eminere fulgereq; debeat.

TU verò eximie Parvule SA-
MUEL, rara Tuæ ætatis indoles,
flos & deliciæ Senectutis Paternæ:
in quo Ætas Prudentiam, Pietas
Scientiam, Candor Modestiam, ita
æmulantur, ut vel livor improbus
Tibi gratulari debeat. Perge velut
coe-

cœpisti Davidicos Cantus, Paterno jussu, ad primum in stylo profectum, Latinos facere; sicq; ex mercede pro singulorum Psalmorum translatione Tibi deputatâ, labore pio & utili, thesaurum, vel ad seram usq; senectutem asservandam cumules.

UTERQUE, sub meliori spe, post mox occidentem Magni Nominis Johannis Bethlenii Solem, cum Nicolao & Paulo, Generis & Pietatis Bethleniorum ex asse hæredibus; ideoq; jam in dignitatibus Patriæ locatis, estote ejusdem Virtutis verè consortes: ut in Vobis Magnum illud Nomen, de quo multi ingeminant illud Nehemiæ cap. 13. *Meminerit Deus Joh. Bethlenie in bonum*, vivat, vigeat, perennet! quod ut hodiè ex animo vo-

A3

veo

veo ; ità certè hætenus desperasse non licuit !

Vestro Nomini has pagellas inscribo, ut vel in vobis ostendam quanti fiat apud me Nomen Betlenianum : cujus pietate Schola hæc nostra inter spinas & oculos liventes Dei incremento crescit, adolescit, & præter Catechizationes privatas publicasq; ad studia Theologica, vel primis labris degustanda aspirat: cujus necessitati in tam tristi librorum penuriâ, hujus opusculi editione consulturus; dedicationis gloriâ Virtuti vestræ calcar addere volui, Vosq; in exemplum pietatis & sedulitatis præsentis & futuræ ætati proponere.

Valete Sæculi Olivæ Domûs Dei vi-
rete, exerceite in plenam Arborem flo-
rete, ferre fructus & in candidâ senectute
suavissimos.

Præ

Præloquium ad Tyrones.

Summam hujus Diarii exhibuit jam olim Celeb. Theologus Samuel Maresius, ducentis Aphorismis ex suo Systemate Theologiae selectis & per viginti Decades dispositis quibus in directorium Collegii Examinatorii, cum maximo Juventutis emolumento uti consuevit. Quid tamen hac editione præstitum sit, relictò licet Aphorismorum & Decadum numero, collationem instituenti patebit. Præter enim operosam Textum necessariam additionem, addita sunt definitiones, probationes, declarationes utiles; quibus & discipulorum memoria juvari, & res ipsa illustrari necessario debuit: ut vix ullum ex necessariis totius corporis Theologici dogmatibus

A 4

PRÆLOQUIUM AD TYR:

tibus reperias, cui certa sedes hîc non sit
 parata: câ quidem fito: & diligentia;
 ut nec compendium discuntibus dispen-
 dium; nec tautologia legentibus tediū;
 sed nec brevitâs rebus obscuritatem pa-
 riat. Poterant equidem hac varian-
 te stylo & methodo prolixius exhiberi;
 nisi certæ rationes aliud suassissent. Ve-
 strajam erit opera Tyrones, quamque
 Decadem singulis diebus memoria fir-
 miter impressam, cum facili & perspi-
 cuâ earum expositione, juxtâ seriem
 Locorum Comm. Theolog. dogmaticè
 ediscere primùm; tùm polemicè contro-
 versas subinde occurrentes, rationi-
 bus utrinque expensis discutere; sicque
 iteratum hoc studium, tertiâ curâ in-
 praxim revocare. Itâ experiemini evē-
 tum propositio respondisse: ut sexagin-
 ta dierum spatium, non Cathedram do-
 centium, quod polioris est temporis

&

PRÆLOQUIUM AD TYR:

Et operis conscendere; sed laudem discentium ex industria demereri, vobisq; in fundamentalī Mysteriorum Verbi divini cognitione probè initiatis de profectu gratulari possitis. Dabitur fortè occasio Et Compendium Socinianismi confutati summaria locorum scriptura, à corruptelis Georgii Enyedini vindicatione subinde inserta, pari brevitate vobiscum communicandi.

Tu verò Lector Benevole, quis quis es, fac precare Et quare mecum incrementum Regni Christi in Fide Et Charitate; Et pacem Sionis in Pietate, ad restituendam libertatem Filiorum Dei! Fiet aliquandò cum Et Vastator desinet, Et corda fastu livoreque timentia, in indignatione suâ contrahescent!

Vale!

IN-

As

In Clarissimi Domini Au- thoris gratiam.

Candida Signiferum quæ cingunt agmina quæq;
Neptunum tremulo pectore monstra vehunt.
Et quibus scarios fas est superare labores
Aëra per densum quos vehit aura levis.
Quæ vel ab Eo Tellurem littore magni.
Usque ad Cœligeri turgida saxa colunt.
Et quibus Omnipotens antrum Rex lege perenni
Ad Gen-rum Cereris fuscaque regna dedit.
Cuncta verecundo divinum pectore Nūmen
Monstrant, atque colunt ordine quæque suo
Non Pontus sabulum vasti nec machina cœli
Rumpit nec Phœbus sædera sancta Dei.
Tempora fixa tenet Nox & sua lumina stella
Spargunt, & nunquam fessæ fluentia ruunt.
Terra suis fructus placidos Phœbus que repores
Porrigit & gravidas nullus aër aquas.
Hos nobis servos Æterni sancta Parentis
Subjecit charitas servæ quæ cuncta dedit.
Ille & odoratas redentibus undique campis
Euphratis ripas rura colenda dedit.
Sponte sua patulis ubi pendunt suavia ramis
Poma, l. horum dcest, Mors quoq; moribus abest.
Ast veritos fructus morsu temerare nefando
Ausus homo perii: perdidit atque sua
Tadeas & quod nos miseros pudeat pigeatque
Nullus & abjectus mansu ineptus homo.
Et qui ex fuerat Cœli Pontique solique
Dæmonis is servus Moris & hæres tristes

Sed miseri quales curent mala tanta medela

Noster id SZEKIVS voce tonante docet

Currite precipites & raptos carpitis lati

Thesauros, laborum est perbrevis atque levis.

Scilicet exiguis mysteria magna pagellis

Claudumur, Pontum parvula concha capis,

Pramia sed capias moreris seu vivis ESZEKI

Nec cesset tereti Fama sonare tuba.

NICOLAUS de BETHLEN

Sedis Sicuticalis Udvarhely Capitaneus supremus apposuit.

Quicquid habet Magni doctum Systema Marci
Coninet hoc totum perbrevis iste liber.

Arduum erat magnum Sophia componere librum;

Sed in ge tam parvo claudere cuncta sinu,

Perge na mentis fœus Doctissime ESZEKI

Edere; Tu verò Zoile perge procul-

Clarissimo libelli huius Authori, discipulo quondam suo charissimo; nunc verò Amico honoratissimo, honoris & amoris ergo paucis hisce litabat Johannes Polshazi, Art. Lib. Magister, Sacrarum literarum, & Philosophiæ Professor.

Alloquium ad Lectorem B.

Qui cupi in parvo caelesti volvere libro,
Theosophiæ summam, mysteriumque Dei.
Dogmata Paulophiæq, brevi perdiscere marte
Hunc Librum relegat, nocte di. que seras.

As

ESZE-

ESZEKIUS Sacri contraxit codicis iⁿ iⁿ 34
Pacta Sophistarum solvere, sic docuit.
Scire cupis Tyro Sacrum systema Marci?
Hic disces totum. Grandia scripta Viri.
Ergo tuum Nomen vultet Doctisse Mystra,
Jam te perpetuo, fama decusque manent;

Ita Fratri R. ac C. Aphorismos theo-
retico pr^octicos adornanti, Michael
Sz. Némethi, p. r. Ecclesiæ Orth.
Claudiopolitanæ Antistes, et xlii
Christi socius, congratulabatur.

AGGRATULATIO LYRICA.

Reverendo ac Clarissimo Viro

D. STEPHANO ESZEKI
SZATMARIENSI,

Ecclesiæ Reformatæ Udvarhelyi-
ensis Pastori & cœterarum ejusdem Sedis
Siculicalis Orthodoxar: Seniori, Scholæ
ibidem Ap^ost^o Beulenianæ Ecclesiastico
curatori, hoc DIARIUM THEO-
LOGICUM in usum ejusdem Lycæi
Tyronum publicanti.

INvitat auctrix gloria plurimos
Famæ Duces, quos Palmæq; nobilis
In metam: asylo redditos hic
Quina honoribus atque viris.

Hinc

Hinc est Viro vir pergenerosior,
Vivat peraltus moribus & Deos:
Æquare tendat, viribusque
Sic potior meliorve Marte.
Sic Tu DIARIIS tacte fidelibus
Depromis, ac mens ri è quid indoles
Possit quid ESSEXI paternus
In Patrios animus, refundis,
Nutrite claris sub penetralibus
Doctrina cui vim protulit igneam
Rictique cultus muniant: quem
Condecorat benè nata Virtus,
Ex Te repertis crede laboribus
Alternæ pubes crescet: & ardua
Vastare proclivis parabit
Fana Deorum, habuisse mentem.
Quid per piæ non perficiunt manus?
Et fulminans quas flammæ Juppiter,
Promovit in cura sagaci
Expositumve dedit per omnes,
Lucem Deorum dùm referas piam
Et rore cœli per juga Sinai
Curris, tenebrosum lavando
Ingenium, tumidasque frontes,
Promis piorum Tu latices Virûm:

Cœcis & apras mentibus t'ic dapes:
Ut recreando par iis sis
Cœlicolũm repetens cothurnos.
Eis Hydra scisso corpore fontor
Vinci dolentes crescat in Hussiras
Monstrumve porrexere Colchi
Pejus Echioniæve Thebæ.
Hoc attamen Pollux tulit ad plagas
Non arte quivit frangere quas cohore
Abaddon eructans Cyclopas
Patris equis Acheronta lustrans.
Quid fulminantium dira Patrum manus
Vult? Civium æstus prava jubentium
Contra sonantem jam Minervæ
Ægida? sic humerorum & arcũ?
Doctis renate ΕΣΖΕΚΙ Viris pio
Claresce factis Dux bonus & gregi
Ut charta nomen clarius det
Per Schyticum Tanam & Istrum.
Solers, decem bis nunc DECADES struis
Regalium quas Pyramidum nitior
Excellet: imber non iniquus
Aut Aquilo teret: Au⁹ er æstu.
Crescas renatus Sydere Scorp'i
Vitato Parcas: magnaue pars Tui
Attinẽ

Attingat arcēs igneas: heu!

Magna modis tenuans acutis.

Mirtoque pressus, sume superbiam

Coeli reclusi, quam meritis viâ

Tenta negatâ non & udam

Spernere humum fugiente pena

Pubes, amico huc huc properes pede

Mentem æthereâ si dore replere vis:

Percurre sermones DIARI


Gratia detur & Exhibenti.

Honoris & amoris ergò Re. & Clari

Dno. Collegæ & Compatri char-
rissimo approperans dat.

Paulus Lethenyei Tyrnaviâ,
dicti Lycæi Udvarh. p. t.
Rector.







DIARI
THEOLOGICI,
DECAS, I.

De Theologia in genere &
Scriptura Sacra.

I. THEOLOGIA est Doctrina
veræ Religionis, à Deo no-
bis in Verbo sue patrefacta, ad
ipsius gloriam & Salutem no-
stram. Ejus objectum est vera Religio:
quæ est certa Deum cognoscendi co-
lendiq; ratio; nec ulla est salutaris, nisi,
quæ revelatione divinâ olim quidem vi-
vâ voce traditâ; jam in scripturas S. reve-
latâ nititur.

1 Pet. 4. 11. Deut. 10. 12, 13. Mich. 6. 8.
Ecclef. 12. 15. Esa. 33. 6. Job. 28. 28. Jac.
1. 27. 1 Job. 1. 1 2 3 4.

II. Sacra Scriptura, est Verbum Dei,
per Prophetas, Evangelistas & Apostolos,
viros à Dei spiritu immediate actos, in li-
teras

teras fideliter relatum; ut sit certa & infallibilis norma fidei, vitæ & actionum nostrarum.

1 Pet. 2. 21. Rom. 15. 4. 2 Tim. 3. 16, Deut. 12. 8, 32.

III Sola & tota Scriptura Canonica, Veteris & Novi Testam. libris comprehensa, ita est suæ divinitatis characteribus insignita; ut ad eam non pertineant libri *Apochryphi*; qui, cum in Canone Hebræorum non extant, neque à Christo & Apostolis Eccl. suæ sint commendati; perperam Vet. Testamenti partibus annumerantur.

1 Thess. 2. 13. Gal. 6. 16. Rom. 3. 2. Luc. 16. 20. Apoc. 22. 18.

IV. Scriptores sacri nec errarunt de facto; nec sub illo specialissimo Spiritus S. ductu errare potuerunt: adeoq; authenticum est, quicquid eorum scriptis continetur; authentica videlicet vel historiæ vel normæ. Et, licet ad certas quædam personas, & ex occasione speciali, quædam scripturæ partes sint exarata; tamen ex intentione Spiritus S. ad omnes omninò homines pertinent. 2 Pet.

2 Pet. 1. 19. Matt. 24. 35. & 28. 19. 20
Rom. 1. 16, 17.

V. Et, cùm scriptura non si nūl & semel sit exarata, œconomiâ Ecclesiæ & sapienciâ Dei ita jubente; nunquàm tamen scriptores sacri manum stylo adhibuerunt citrà specialem Dei nutum: neq; Articuli fidei, successu temporum creverunt quoad essentiam; sed quoad explicationem: ut que dùm integer scripturæ Canon, quæ hodie habemus compleretur.

Esa. 8. 1. Jer. 30. 2. Hab. 2. 2. Esa. 30. 8.
Act. 26. 22.

VI. Perfectè igitur & quantum ad salutem sufficit perspicuè, lacris illis libris continetur, quicquid creditu & factu necessarium est; neque sensus Scripturæ variis est & obscurus; sed ex intentione Spiritus S. unicus, & ex ejuldem illuminatione perspicuus; adhibiâ tamen convenienti diligentia & diligenti eam intelligendi mediocrum usu.

2 Tim. 3. 16. 2 Cor. 4. 3. 6. Psal. 19. 8, 9.
2 Pet. 1. 19. Nehem. 8. 9. Joh. 5. 39. Luc.
24. 27. 27. 32. Act. 9. 21.

VII. Quapropter, ut ad Traditiones
non-

non scriptas in dogmaticis recurrere nihil attinet; sic etiã utendum scripturã, ceu indeclinabili veritatis normã, eam per legitimas *Consequentias*, ad quæstiones controversas applicando, *ratione* humanã non iudicis auctoritatem; sed mediis subservientis officium adhibente.

Apost. 22. 18, 19. Dent. 4. 2. Gal. 1. 8. Matt. 15. 9. & 22. 32.

VII Unde, iudicium *discretionis* in rebus fidei, competit quibuslibet fidelibus sigillatim; certius tamen & majoris ponderis Conciliis & Synodis legitimè procedentibus; supremum & *decisionis* absolute soli Spiritu S. in scripturã loquenti, cui & Philosophia sana, cum obsequio ancillari non erubescit.

Act. 17. 11. & 15. 23, 28. 2 Cor. 10. 4, 5

IX Scriptura S. & legi debet à singulis quantum pote est; & in eum finem in vulgares linguas transferri, remanente semper per authenticã supremã soli textui originali, Hebræo veteri & Græco novi Testamenti Versionibus quidem etiã sua inest authenticã, quatenus cum originali con-

con-

T H E O L O G I C I. 5

consentiunt, ad quem sunt emendandæ omnes, nequidem Vulgarâ Latinâ exceptâ; quæ tanùm ab est ut sit authentica; ut nequidem pro versione præ aliis emendatissimâ haberi debeat.

Joh. 5. 39. & 8. 10. 1 Cor. 14. 29.

X. Est autem sic *autimms* ut nec quoad se: nec quo ad nos, ejus authoritas, ab Ecclesiæ authoritate suspendi debeat; cujus per suademur per Spiritum S. efficaciter; tamen non excluso etiam Ecclesiæ ministerio.

Joh. 4. 39, 42. 2 Cor. 3. 5. & 4. 6. 1 Cor. 12. 9. 1 Tim. 3. 15.

D E C A S II.

De Deo & ejus Attributis

I. **D**EUM esse naturaliter novimus, cognitione tantò noëticâ, quàm dianoëtica, tantò infusâ quàm acquisitâ; non per innatam quam *Ideam*; sed ex dictamine conscientiæ & contemplatione creaturarum: ut de Deo vel ad momentum dubitare non liceat; qui tamen saluta-

ta-

D I A R I I

tariter ex sola Scripturâ S. cognoscitur.

Act. 17. 27, 28, 29. *1^a Cor.* 2. 14. & 1. 19, 20.

Psal. 19. 2. *Act.* 14, 17. & 17. 23. 30.

II. Deo qui unus est & unicus, nec genus nec differentia competit, adeoque perfecte definiri non potest; qualiter qualiter describi hoc modo: quod sit spiritus à se ipso ab aeterno vivens; unus Essentiâ. trinus in Persona, Pater, Filius & Spiritus Sanctus; unde & in Scripturâ describitur, quod sit JEHOVA ELOHIM.

Exod. 2. 15 & 6. 2. & 20. 2. *Joh.* 4. 24. & 5. 26. 1 *Joh.* 5. 7.

III. Licet nomen propriè loquendo Deo non conveniat; tamen plura ei nomina in Scriptura tribuuntur; quorum maximè proprium est nomen JEHOVÆ: quod nulli unquam creaturæ imbutur; significa q; æternam & immutabilem Dei à se ipso existentiam.

Exod. 3. 14. 15. *Hos.* 12. 6. *Exod.* 34. 7. *Esai.* 42. 8.

IV Proprietates divinæ, sunt Attributa ejus divina, quibus se nobis in firmis cognoscendum præbet & colendum; quæ tamen nec inter se, nec Essentiâ civilâ aliter, quam

quàm ratione; ex comparatione ad eas, quæ
re differunt in creaturis & nostrâ percep-
tione diversa sunt desumâ distingvi pos-
sunt: cùm nihil sit in Deo, quod non sit
ipse Deus.

Amos. 4. 2. coll. Heb. 6. 13. 1 Sam. 15. 19.

Exod. 33. 18, 19. & 34. 7, 8.

V. Nullæ ex illis creaturis sunt com-
municabiles aliter quàm analogicè: quo-
demùm sensu benè incommunicabiles & in-
incommunicabiles distribuuntur: hæ, licet
plurimque terminis negativis enuncien-
tur; tamen cum remotione omnis imper-
fectionis summam indicant perfectionem
in Deo, quæ nulli unquàm creaturæ com-
petit: suntque infallibiles Deitatis notæ.

1 Tim. 1. 17. & 6. 16. 2 Pet. 1. 14.

VI. Est verè Deus natura planè spiri-
tualis & simplicissimæ; omnis compo-
sitionis expert; & Ipse per modum mate-
riæ formæ aut partû impossibilis cum
rebus creatis estq; invisibilis, idemq; nul-
lâ simili udine effigiari potest vel debet.

Joh. 4. 24. Esai. 40. 18. 25. Matt. 11. 17.

1 Tim. 6. 16. Dan. 5. 15. Rom. 1. 21. &

17. 25. 29.

VII. Simpliciter item & per Essentiam absolutè infinitus; tū n indivisibili duratione, quippè *Aeternus*; tūm incomprehensibili immensitate, quippè *Omnipræsens*, & *Circulus*, cujus centrum ubi; circumferentia nusquam.

Psal. 139. 7, 8. *Jer.* 23. 24. *1 Reg.* 8. 27.

Rom. 16. 26. *Psal.* 102. 28. *1 Cor.* 2. 4.

Act. 17. 27. *Esa.* 66. 1.

VIII. Ac prout nullam habet mutationis umbram, vel in suo esse vel in suo velle; sic omnia ab Ipso dependent & in suo esse & in suo operari; Ipse verò ut à nemine est: sic à nemine dependet; sed sibi perfectissimè sufficit & nobis omnibus.

Mal. 3. 8. *Jac.* 1. 17. *Act.* 17. 25. *Heb.* 1. 3.

IX. Sic etiam bonus & misericors; ut tamen sit justissimus & vindex peccatorū: *Gen.* 18. 25. *Rom.* 1. 18. 32. *1 Cor.* 2. 6. - 11. sic etiam *Omnipotens* ad faciendum quicquid vult; imò plura quàm vult; ut tamen ejus omnipotentia non debeat extendi ad illa, quæ evidentem contradictionem implerant.

Psal. 33. 5. *Exod.* 34. 7, 8. *Rom.* 9. 18. *Matt.*

19. 26. *Luc.* 18. 27. *Matt.* 3. 9.

X. Denique est *Omniscius* etiã futurorum contingentium; ita tamen, ut præterscientiam *simplicis intelligentiæ* (quæ est sui ipsius & extra se omnium possibili-um) & liberam sive *visionis* omnium futurorum, nullus scientiæ *mediæ* locus sit: nihil enim futurum est Deo non operantes: cui ut ab ævo nota sunt omnia opera; ita modi cognitionis divinæ, nobis sunt im-
pervestigabiles; ideoque piâ modestiâ ad-
mirâdi, non curiosâ inquisitione minandi.

Heb. 4. 13. *1 Joh.* 3. 20. *Act.* 15. 18. *Esa.* 48.

4. *1 Reg.* 8. 39. *Rom.* 11. 33. *Psal.* 139.

2. 6. *Job.* 10. 4. & 38. 2. 36, 37. & 42. 39

DECAS III.

De Trinitate & Personis Divinis.

I. **L**icet Deus naturâ & Essentiâ unus sit; *Deut.* 6. 4. *1 Tim.* 2. 5. *Eph.* 4. 6. tamen non repugnat plures dari *Personas* divinas. Essentiæ divinæ subsistentias incommunicabiles, proprietatibus & modis inter se distinctas: indicante id scripturâ vel indefinite plurali numero; vel nominatis unâ aut alterâ personâ.

Heb. 1. 3. *Gen.* 1. 26. & 3. 22. & 11. 7. *Exod.* 20. 2. *Psal.* 45. 7, 8. & 110. 1. *Jer.* 10. 10. *Esa.* 48. 16. &c.

II. Tres eas esse nimirum *Patrem, Filium & Spiritum Sanctum*, ex scripturistum veteristum maximè novi Testamen. patlām coligiturquæ, vel tribus definitè vindicant in novo T, quod de uno vero Deo dictum est in veteri; vel tres eodem loco exhibent & nominant.

Num. 6. 23. *Esa.* 6. 2. & 48. 15 & 63. 9
10. & 61. 1. *Hos.* 1. 17. *Matt.* 1. 6. 17.
& 28. 19. *Joh.* 16. 1. 2. *Cor.* 13. 13. 2. *Joh.* 5. 7. *Apoc.* 1. 4. 5.

III. Adeoque Myſterium S. S. Trinitatis; (quod vocabulum & fundator in Scriptura & merito in Ecclesia retinetur) inter fidei articulos fundamentales & simpliciter necessarios censeri debet ad cuius fidem prout ratio naturalis eniti non potest; ita ex Scriptura & revelatione informata piè credit; nec in eo audet Deum creaturis metiendo effræni licentiâ lascivire.

Matt. 11. 27. *Joh.* 5. 25. 1 *Joh.* 2. 28. *Rom.* 8. 9. *Matt.* 16. 17. *Gal.* 1. 16, 17.

IV. Inter essentiam & personas non est alia distinctio quàm rationis: cùm persona divina, sit ipsa Essentia divina in proprietate charecteristicâ & distincto modo subsistendi considerata; sed modalis potiùs quàm realis accuratè loquendo inter ipsas Personas: quæ inconfusè uniuntur & indivisè discernuntur; ut nihil sit iniquius & indignius, quàm de Personis divinis coessentialibus & infinitis ex modulo personarum creatarum & finitarum judicare.

V. Pater ab æterno genuit Filium, generatione *hyperphiscâ*, quæ legibus generationis naturalis & temporalis commensurari nec potest, nec debet: à Patre autem & Filio processit ab æterno Spiritus S.

Psal. 2. 7. Prov. 8. 22. Mich. 5. 2. Joh. 5. 26.

Rom. 8. 32. Heb. 1. 3. Joh. 3. 16. & 15.

26. & 16. 15. Rom. 8. 5. Gal. 4. 6.

VI. Hi Tres, sunt unum, non consensu modo; sed Essentiâ & naturâ singulari, ut Filius sit Patri *ἕκαστος* & correspectu *ἀλλήλοις*, quod & de Spiritus S. dicendum.

1 Joh. 5. 7. Matt. 28. 29, 19. Joh. 10. 30. 38.

B₂

VII.

VII. Divinitas Filii & Spiritus S. bene probatur iūm à nominibus Dei & Jehova; ūm ab *Attributis* Divinis, Omnilcientiæ, Omnipotentia, Omnipræsentia, æternitatis &c. quæ, cūm solius summi veri Dei sint: de utroque tamen leguntur in *Scripturâ Sacra*.

De Filio: Gen. 18. 17. 20. 26. 33. Exod. 3. 4, 6. Esa. 45. 5. Jer. 23. 5. 6. Hos. 1. 7. Num. 21. 5. 6. col. 1 Cor. 10. 9. Esa. 6. 5. coll. Joh. 12. 41. Esa. 45. 23. & Rom. 14. 11. 1 Tim. 3. 16. Joh. 20. 28. 1 Joh. 5. 20. Tit. 2. 13. Luc. 1. 76. Rom. 9. 5. &c. Joh. 21. 17. Gen. 18. 14. Apoc. 2. 23. &c. Apoc. 1. 18. Joh. 1. 1. & 8. 58. &c. *De Spiritu S.* 2 Sam. 23. 2, 3. Act. 28. 25, 26. coll. Esa. 6. 3. 9. Num. 12. 6. Jer. 1. 4. & 1 Pet. 1. 7. 1 Cor. 3. 16. Act. 5. 3. 4. &c. Gen. 1. 2. Luc. 1. 35. Psal. 95. 2. 3. 5. 6. 7. coll. Heb. 3. 7. 1 Cor. 2. 10. 11. Ps. 139. 7. &c.

VIII. *Opera* quoque simpliciter divina Redimendi, vivificandi Esa. 35. 4, 7. coll. Math. 11. 5, 6. Esa. 40. 9. 10. & 61. 1, 2. Luc. 4. 18. 21. iisdem tribuuntur: ac nominatim Filio creatio universi Esa. 45. 8. 38. 23. Joh. 1. 3. Coloss. 1. 16. Heb. 1. 2, 10. & Spiritui S. universæ scrip-

scripturæ divina inspiratio 2Pet. 1. 21. ut
& donorum divinorum arbitraria distri-
butio 1 Cor. 12. 11. Job. 26. 13. & 33. 4.
&c.

IX. Sed & inter honores merè divi-
nos & creaturæ planè incommunicabi-
les, utrique delatos & debitos referri de-
bet, *Fides adoratio*, & quòd in utriusque
nomen cum patre consignentur in Baptis-
mo.

*Joh. 14. 1. Esa. 47. 8. & 48. 11. Heb. 1. 6.
2 Cor 13. 13. Joh. 5. 23. Eph. 4. 30. Mar. 3.
29. 1 Cor. 3. 16. 17. Marc. 16. 16.*

X. Opera Trinitatis *ad Intrâ* sunt cui-
que Personæ propria; ceu facientia illis
characterizandis & mutuò distingvendis;
sed opera *ad-Extrâ*, sunt indivisa, servati-
amen ordine agendi personali & appro-
priatione æconomicâ.

1 Cor. 8. 6. Joh. 5. 19. Joh. 15 26.

DECAS IV.

*De Decretis Dei Providentiâ
& Prædestinatione.*

I. **D**ecretum Dei est æternum & immutabile ejus Consilium, quo ab æterno liberè & certò statuit ad gloriam suam de iis omnibus, quæ extrâ se erant futura in tempore: quod licet ex parte Dei, idem sit, quod ipse Deus, qui unico & simplicissimo actu, vult quicquid vult; tamen ex parte objecti & terminativè decreta sunt multiplicia & libera.

1 Cor. 2. 7. Eph. 1. 4. 2 Tim. 1. 9. Esa. 46. 10.

Matt. 11. 26. Phil. 2. 13. Act. 14. 16. &

II. Sunt autem Decreta Dei immutabilia & efficacia, absoluta non conditionata & de singulis rebus, quæ eveniunt vel efficiendis si bonæ sunt, vel permittendis & in bonum finem, præter earum naturam ordinandis, si malæ; tamen rebus non inferunt necessitatem aliam, quàm eventûs; ut, quæ decreta sunt evenire debeant; at necessaria, necessariò, libera liberè &c. pro ratione prædefinitionis divinæ, & applicationis causarum secundarû.

Esa. 46. 10. Job. 42. 2. & 23. 13. Psal. 115.

3. Jon. 1. 14. Gen. 50. 20. 2 Reg. 22. 20.

Act. 4. 28. 29. 2 Sam. 16. 12. Gen. 45. 5.

1 Reg. 22. 34. Joh. 7. 30.

III. Ge

III. Generale Dei Decretum est Providentia, quâ universa & singula extrâ se, pro Consilio voluntatis suæ, in gloriam suam conservat & gubernat; ut omnia ei subjiciantur & ab eadem, modo naturæ eorum convenienti, ad finem divinæ voluntati congruum regantur, naturalia, voluntaria, necessaria, contingentia, fortuita, universalia, singularia & hæc maximè, etiâ ipse quoque *terminus vitæ*, qui inde fixus est statuendus.

Eph. 1. 11. Heb. 1. 3. Act. 17. 25. 28. Dan^o 4. 35. Matt. 6. 25. Job. 10. 9. Matt. 18^o 7. Luc. 17. 1. Matt. 16. 21. & 26. 54. Luc. 24. 46. Ps. 104. Prov. 16. 19. Exod. 21. 12, 13. Matt. 10. 29. Job. 14. 6. Psal. 90. 10. &c.

IV. Eidem Providentiæ Divinæ subjiciuntur omnia humana consilia & actiones, etiâ liberæ & vel maximè casuales, earumque eventus: ejus enim ut causæ primæ in secundas influxus & concursus est necessarius, per quem & ad actionem & ad actionis modum, citrà coactionem & vim, cum scavi earum & liberâ inclinatione infallibiliter determinentur.

Exod. 4. 21. & 14. 17. *Prov.* 16. 9. & 20. 4.
 & 21. 1. *Phil.* 2. 13. & *Reg.* 22. *Gen.* 45. 8.
 & 50. 20. *Esa.* 10. 7. 12.

V. Quin & ordinationi divinæ sub
 sunt ipsamet peccata creaturarum; licet
 citrà blasphemiam Deus author vel causa
 peccati dici nequeat; quæ prohibet & pu-
 nit, & quidem sæpè, semper tamen justè,
 peccata peccatis punire solet.

Exod. 10. 1. 2 *Sam.* 12. 11, 12. & 16. 1.
 1. *Reg.* 22. 20, 21. *Esa.* 6. 9. 2 *Thess.* 2. 11,
 11.

VI. Doctrina hæc insigni consolatio-
 ni inservit fidelibus piis; qui vel in mediis
 malis sciunt oculos Domini in se esse in-
 tentos *Psal.* 34. 16. & mala in bonum eo-
 rum cessura *Rom.* 8. 28. excitante eam
 sensu amoris Dei Patris castigantis, *Hebr.*
 12. 5, 6. quo & in fletu & lacrimis se-
 mentem æterni gaudii faciunt *Luc.* 6. 20,
 23. impios autem quibus benè est in hac
 vita, vel in mediis voluptatibus omni pa-
 ce & spe destitui *Esa.* 48. 22. vultum Do-
 mini adversum eos esse 1 *Pet.* 3. 12. & per-
 petuò sub metu mortis horrendi judicii
 divini expectatione vexari.

Psal.

Psal. 73. *Jac.* 5. 1. 7. *2 Pet.* 2. 9. *Hebr.* 10.
27. *Psal.* 37.

VII. Extraordinaria Dei Providentia dicitur *miraculum*, speciale vero Decretum est *Prædestinatio*, quo Deus in statu æterno creaturarum rationalium gloriam suam speciatim manifestare constituit. Estque tum Angelorum, tum Hominum; quamvis non sit hæc cum ista ejusdem omnino ordinis & naturæ: Angelis enim Christo sponse & Mediatore ad justitiam, redemptionem & salutem æternam acquirendam non fuit opus.

Matth. 25. 31. 41. *1 Tim.* 5. 21. *Jud.* 7. 6.
2 Pet. 2. 4.

VIII. Prædestinatio hominum est certum & immutabile Dei Decretum, de omnium hominum statu æterno vel secundum gratiam vel secundum justitiam exhibendo & demonstrando. Ejus *objectum* adæquatum sunt omnes omnino homines inter se æquales: ex quibus quidam certo & immutabiliter sunt electi in Christo, non ex fidei vel operum prævisione; sed ex mero Dei beneplacito, ad fi-

Bj

dem

dem & opera, adcoque ad vitam æternam per illa: quidam verò relictī & reprobati: undè Prædestinatio est vel *Electio* vel *Reprobatio*.

Rom. 8. 29, 30. & 9. 22, 23. *Eph.* 1. 4. 9. & 2. 8, 9, 10. *Joh.* 15. 19. 1 *Thess.* 5. 9. *Rom.* 9. 11, 12, 13. *Matt.* 7. 13.

IX. Electio est Prædestinatio certorum quorundam hominum, ex mero Dei beneplacito, ad vitam æternam in Christo per fidem obtinendam, ad manifestationem gloriosæ Dei gratiæ in iis secundum misericordiam. Christus autem Electionis decretum ingreditur, non ut illius causa fundamentalis, sed quatenus eo decreto, quod est simul de fine & mediis ad finem constituitur author & princeps salutis eorum, quos Deus ad gloriam vult adducere ut electionis Decretum, tam finem quàm media uno complexu contineat.

2 *Thess.* 2. 13. 1 *Pet.* 1. 2. 2 *Tim.* 2. 19. *Job.* 13. 18. *Eph.* 1. 4. 22. *Tit.* 1. 12.

X Reprobatio, est Prædestinatio quorundam hominum, ut in iis ex mero Dei bene-

beneplaci o relictis vel neglectis & jura
propter peccatum damnandis, gloria Dei
secundum justitiam fiat manifesta. Unde,
peccatum Reprobationis causa impulsiva
statui non debet, quod est justa causa
damnationis.

*Rom. v. v. 11, 18, 21, 22. Matth. 11. 25, 26.
Jud. 4. 4. 1. Pet. 2. 8. Prov. 16. 41 1. Thess.
5. 9. Eph. 5. 6. Matth. 25. 41. 42.*

D E C A S. V.

De Creatione.

I. **C**reatio universim considerata, est
omnium rerum ex nihilo, partim
simpliciter, partim secundum quid tali,
solum verbo & jussu Dei facta productio:
estque opus potentiae simpliciter infinitae,
nec communicabilis creaturae, sive prin-
cipaliter, sive instrumentaliter, eo: enim
tanquam opere sibi proprio, Deus se ab
omnibus aliis discernit.

*Hebr. 11. 3. Rom. 4. 17. & 1. 20. Psalm.
33. 9. Isa. 45. 12. 18. & 44. 19, & 48. 13
Jer. 10. 11. Job. 9. 2.*

II. Res per creationem factae uno ver-
bo ap-

o appellantur Mundus, qui neque est, neque potuit esse ab æterno, sed fuit conditus in tempore sex dierum spatio; quamvis cujusque diei opus momento sit peractum: potuerit licet Deus totum universum, momento producere; tamen his intervallis uti voluit, quo apertius creationem illius in tempore factam declararet, nosque ad distinctorum operum considerationem attentionem excitaret.

Psal. 8. & 104. Gen. 1. & 2. Matth. 13. 35. 1. Pet. 1. 20. Psal. 90. 2. Act. 17. 24.

III. Unicus ille est, ac sicut plures sibi mutuò succedentes fingi non debent, ita plures à se invicem differere & separati simul dari & existere non possunt; quamvis Deus plures imò mille mundos creare potuisset vel posset.

IV. Est autem Moïsis narratio de Origine mundi at primorum hominum Adam & Evæ, omninò divina & certissima; quæ his versibus memorialibus comprehenditur:

Prima dies Cælos, Lucem, Terramque creavit.

Altera,

*Altera, distendit spatium, discrimen a-
quarum.*

*Tertia, secernens undas, dat gramina
campis.*

*Quarta, creat Solem, Lunam fulgentiaq;
astra.*

*Quinta, tulit pisces, eadem genus omne
volucrum.*

*Sexta, dedit pecudes, hominem quamque
quem Deus ipse*

*Condidit. Hinc operis requies lux septima
fulsit.*

V. Primigenia Lux non fuit merum
accidens siue subiecto: nec aquæ superio-
res in expanso aliud, quàm nubes signifi-
cant: arida verò ab aquis separata & ter-
ra appellata, Dei fundatione ita stat fir-
ma & immobilis; ut Sol, Luna & reliqua
sydera, officio in creatione à Deo præ-
scripto, non secundum apparentiam & o-
pinionem fallacem; sed reverà & secun-
dum rei veritatem defungantur, ideoque
orientur & occidant, undè & testes vera-
ces appellantur. *Psal. 89. 39.*

VI. Angeli quoque sunt creaturæ Dei, nec extiterunt antè principium Mo-
saicum: & licet Moses eorum particula-
tim; expressè in brevi creationis historiâ
non meminerit; tamen eos sub nomine
exercitûs cœlorum non obscurè creatos
innuit, & quidem inter primi diei opera,
apellatione cœli eos comprehendendi nihil
prohibet: qui tamen ad reliquorum ope-
rum creationem instrumentaliter non
concurrerunt; licet Deo creanti & rebus
creatis velût boni artificis operi applau-
derent.

Gen. 2. 1. Marc. 12. 25. Psal. 104. 4. Job.
38. 7.

VII. Naturæ sunt immateriales & in-
corporeæ, scientiâ, potentiâ supra homi-
nem insignes; numero potius quàm spe-
cie inter se differentes, quibus competit &
quando & ubi; quod licet sit definitivum;
tamen ad punctum indivisibile contrahi
non potest.

1 Pet. 1. 12. Heb. 1. 14. Eph. 2. 2. Psal. 103.
20. 2 Thess. 1. 7. Matt. 18. 10. Col. 1. 16.

VIII. Creati sunt à Deo omnes, boni
&

& sancti; pars tamen eorum non diu post universi creationem irreparabili lapsu à suo Creatore voluntariè defecit: pars altera, per indebitam gratiam, in gloria fuit confirmata: unde factum est, ut Angeli quidam sint boni; quidam mali; quidam lucis, quidam tenebrarum.

Jud. v. 6. 2. Pet. 2. 4. 1. Tim. 1. 21. Matth. 18. 10. 2. Cor. 11. 14.

IX. *Angeli boni*, maximo numero Deo jugiter interviant, at ipso jubente sic habent in suâ tutelâ pios & fideles; ut tamen cultum religiosum ab illis nec expectant, nec admittant; prout nec execrationem merentur propter cædem vel poenam Deo vindicante inflictam.

Psal. 34. 8. Hebr. 4. 14. Apoc. 19. v. 10.

Gen. 19. 11. 2. Reg. 19. 35. Act. 12. 13.

X. *Angeli mali* à summo dignitatis celestis fastigio post lapsum ad tartara precipitati, appellantur *diaboli*: qui licet potentiâ valeant ad nocendum & illudendum; eâ tamen nec aliter, nec in alium finem uti possunt; quàm Deus sapientissimè decreverit & permiserit: neque ulli

Exerci-

Exorcistæ Impostori; sed soli Deo suo creatori obediunt.

1. Reg. 22. 20. Job. 1. 6. & 2. 1. Matth. 8.
31. 32. Act. 19. 2. Thess. 2. 11. 12. 2. Pet.
2. 8. & 18. 13. Marc. 6, 7. & 9. 13,
20. Matth. 12. 27, 28. Luc. 3. 18, 19.

DE CAS VI.

*De Homine ad imaginem Dei
condito & lapso.*

I. **H**OMO, velut omnium creaturarum compendium, sexto demum die, post complementum universi Dominus & Princeps terrestris à Deo singulare & eximium opus molituro, cum consultatione creatus est *Vir & Mulier*, cum benedictione multiplicationis: constatque materiali corpore & anima spiritali rationali,

Gen. 1. 26. 27. & 2. Job. 10. 8, 9, Matth.
10. 28. & 22. 32.

II, Ad hanc animæ rationalis conditionem & naturam pertinebat *Imago Dei*, ad quem homo conditus est ab initio; cuius etiam consors fuit *Mulier*, ejusdem speciei

speciei & naturæ cum viro; lervatâ tamen
Viro suâ *παραχῇ*.

*Gen. 6. 9. Jac. 3. 9. Gen. 2. 19. 20. 1 Cor.
11. 7.*

III. Quin & eadem resplenduit in ipso corpore; quamvis, quòd Deus sit incorporeus in figura & lineamentis corporis sita non fuerit; sed partim respectu animæ; cujus instrumentum erat justum, sanctum & immortale; partim respectu totius suppositi & personæ, cujus partem constituit: ut in eo, tanquàm speculo limpidissimo, tam universa creaturarum compages, quàm ipsius Creatoris veritas & dignitas repræsentaretur.

Rom. 12. 1. & 6. 13. 1. Thess. 4. 3. 4.

IV. Complectebatur etiam Dominum in creaturas reliquas: ad quod sancti & sapienter exercendum, velut in basylica sedebat à Deo locatus in Paradysum: quem ut colere & custodire debuit sine fatigatione & tædio; ita omnibus ejus fructibus Dei permissione uti potuit sanctè & sine mortalitatis metu.

Gen. 2. 26. Psal. 8. Gen. 2. 8. 15. Jac. 3. 7.

V. Ve-

V. Verùm neque in solo Domino consistebat Imago Dei; sed quoad animæ ipsius dotes & ornamenta, potior illius pars fuit *justitia Originalis*, quæ intellectum, eximiâ sapientiâ; voluntatem & affectus rectitudine debitâ exornabat; unde potentiam habuit credendi omnibus, quæ Deus ipsi revelaret & præstandi, quæ facienda juberet.

Eph. 4. 24. Colos. 3. 10. Eccles. 7. 29.

VI. Ea non fuit superaddita ad frenandam concupiscentiam; sed fuit connaturalis homini & ejus statui debita; ne de *statu puræ naturæ*, quidpiam somniemus, in quo homo nec justus, nec peccator fuerit: imago enim Dei ad quam homo creatus erat, ponebat eum in statu creatori suo non in congruo; justitiæ nempe & sanctitatis.

VII. Quam, si homo retinuisset mandando in officio, etiâ propagasset ad posteros, & nunquàm fuisset moriturus.

Rom. 3. ult. & 8, 10. 1. Cor. 15. 7, 21. Gen. 2. 17.

VIII. Propter hanc etiam Imaginem
Dei

Dei, debebat homo maximè, cultum Deo Spiritualem & obedientiam legi naturæ: eam tamen Deus cumulavit *fœdere operum*; cujus Symbolum fuit lex, quâ interdixit ei de fructu. *Arboris Scientiæ boni & mali*, sub comminatione mortis, *Gen. 2. 16. 17.*

IX. Huic adjecit Deus Symbolum & Sacramentum vitæ æternæ, imò & foelicitatis supernæ, post iter suum obedienter omenſum tandem conſequendæ, *Arboſem Vitæ*; quæ non erat cauſa phyſicaſed Sacramentum & pignus immortalitaſtis, eæque non abſolutæ; ſed hypothetiſcæ, ſi permanſerit in obedientiâ, *Gen. 3. v, 22. 24.*

X. Ac ſanè potuiſſet homo in eo ſtaſſu permanere: acceperat enim illam juſſitiam & gratiam, per quam poterat perſtare in obedientiâ ſi voluiſſet; ſed voluntario lapſu deficiens à Deo, ſecum totum genus humanum, quod Deus in ipſo, tanquàm primario parente & ratione pacti cenſuit, cuique ſtabat vel cadebat, imagine Dei nudatum, præcipitavit in rui-
nam :

nam: quæ jactura, ut nuditus spiritua-
lis, nuditate pudendâ corporis adumbra-
tur; appellatur verò in scriptura *Inobedi-
entia*; *Transgressio*, *lapsus*: & ita pecca-
tum introit in mundum

Eccles. 7. 29 Rom. 5. 12. 14. 18. 19.

D E C A S VII.

De Peccato & ejus Pœnâ.

I Peccatum est *ἀνομία*, id est, quicquid
legi divinæ, ex quâ est illius cogni-
tio adversatur; neque enim est mirum ni-
hil; sed privatio rectitudinis in ess. de-
bitæ, in actibus, habitibus & facultatibus
creaturæ rationalis.

1. Joh. 3. 4. Rom. 3. 20. & 4. 25.

II. *τὸ voluntarium* uti est ejus qui sci-
enter & deliberatè agit, non est de defini-
tione peccati: cùm multa committantur
in Dei legem ex ignorantia & subreptione:
ut liquet ex primis motibus concupis-
centiæ & affectuum.

Rom. 7. 15. Psal. 19. 13. 1. Tim. 1. 13.

III. Peccatum necessario & ex legis
sanctione consequitur *Beatus*, ab ipsa ma-
culâ

maculâ distingvendus : estque propriè ex culpa obligatio ad pœnam ; vel actu Deo non condonante, vel meritò : ut minus accuratè distingvatur in reatum culpæ & pœnæ : priore sensu est separabilis à peccato ; posteriore, non autem. *Macula* verò peccati est pollutio illa spiritualis, quâ peccator in se sordidatus, honore & nitore destituitur & fit vilis.

Gen. 3. 17. 10. Rom. 1. 32. & 5. 15. & 8.

1. 33. 1it. 1. 15. Hab. 1. 13. Psal. 51.

5. 2. Esa. 6. 5.

I V. Peccatum Originale est hæreditaria totius naturæ humanæ pravitas & corruptio, ab Adamo in omnes posteros præter Christum solum derivata & transmissa ; quibus & meritò primum illius peccatum imputatur & inest nativa corruptio, per generationem propagata ; appellatur in Scriptura mors Spiritualis,

Eph. 2. Colos. 2. Rom. 5. 12. & 7. 20, 21,

23. Psal. 51. 7. Ioh. 14. 4. & 15. 14.

Ezech. 16. 4. Ioh. 3. 6.

V. Hinc est, quòd homo ab ipsâ infantia totus est, in malo positus, quoad Intellectum destitutus omni cognitionis spiri-

Spiritualis lumine, inidoneus ad intelligendum salutariter verbum Dei; quo ad voluntatem, Deo est inimicus & amans peccatorum; quæ certatim ex inde pollulant, dicunturque peccata actualia.

Gen. 8, 21. Eph. 2. 1. 3. & 4. 18, 1, Cor. 2. 1. Rom. 1. 24. & 3, 11. 18. & 8. 7. & 5. 10. Jac. 1. 15. Joh. 3. 10. Matth. 15. 29. Gal. 5. 17, 19.

VI. Peccatum actuale, est actûs humani deviatio & exorbitatio à Lege Dei: estque aliud *Omissionis*, in præcepta affirmantia: vel *Commissionis*, in negantia: alia cordis, alia oris & operis; sed merè personalium gravissimum omnium est & ex rei & Dei naturâ planè irremissibile, peccatum in Spiritum s. contra ejus illuminationem deliberatè commissum.

Eccl. 7. v. 20. 2. Cor. 7. 1. Matth. 23. 29. & 12. 11. 41. Act. 7. 57. Hebr. 6:4. 5. & 20. 26. Marc. 3. 28. 1. Joh. 5. 16.

VII, Culpæ malum excipit malum Pœnæ, quod mortis nomine sic exprimitur, ut quicquid triste & dolorificum acciderit hominibus, in peccatum refundi debeat.

Gen. 2

Gen. 2. 17. *Deut.* 32. 35. *Psal.* 38. 15. *Rom.* 12. 19. & 24. 4. *Hebr.* 10. 30.

VIII. Ita verò stipendium peccati est mors; ut peccatum in *veniale* & *mortale* ex natura rei distribui nequeat: cum omne peccatum naturâ sua mortem mereatur; veniam autem, solius Jesu Christi gratiâ & merito.

Deut. 27. 26. *Rom.* 6. 23. & 5. 13. 28.

IX. Quin ex ordine justitiæ divinæ, mors æterna debetur peccato, quò sit aliqua proportio inter pœnam & culpam.

Rom. 1. 32. 2. *Thess.* 1. 6. 7.

X. Non tamen omnia peccata sunt æqualia, nec æquali pœna vindicantur: quædam enim dicuntur *Clamantia*, quòd exemplarem vindictam flagitent; quædam quotidianâ peccandi consuetudine *Regnantia*: quædam *Infirmitatis* & *ignorantiæ*: ut discrimen gravioris & levioris peccati consistat maximè in peccatis dispositione; adeoquidem, ut ignorantia licet à pœna gravissima, non tamen ab omni excuset & liberet.

Joh. 19. 11. *Luc.* 12. 48. 1. *Tim.* 1. 13. *Matt.*

10. 15. *Gen.* 4. 10. *Exod.* 7. 22. 21. 23.

146.

Jat. 5. 4. Gen. 18. 20. Hebr. 10. 28. 29.
 Num. 15. 27. 30. Rom. 6. 12. Gal. 6. 1.
 Psal. 19. 13

D E C A S VIII.

De Lege.

I. **J**us naturale à positivo, tam divi-
 no, quam humano distinctum, nec
 commune est omnibus animantibus: cum
 bruta juris & injuriæ capacia non sint: nec
 in Noachidarum septem præcepta debet re-
 fundi; sed hæc potius ab illo promana-
 runt: sunt autem. 1. De cavenda idololatri-
 a 2 De benedictione Dei 3. De non ef-
 fundendo sanguine. 4. De non revelanda
 turpitudine. 5. De rapina fugiendâ. 6 De
 judiciis, 7. De membro animalis vivi non co-
 medendo.

II. Hoc autem jus naturale ita est im-
 mutabile & indispensabile etiam ipsi Deo;
 ut ejus justitiæ & Sanctitati repugnet,
 aliquid ei contrarium præcere, aut per-
 mittere permissione juris creaturæ intel-
 ligenti.

Levit. 19. 2. Matth. 5. 48. Psal. 19. 8.

III. Eju

III. Ejus reliquæ post etiam lapsum adhuc supersunt, in dictamine conscientia, honesti & turpis discrimine, ac communibus illis notionibus, ex quibus constat *jus gentium* primi genium illius tamen regulæ certissimæ, non aliunde, quàm ex Decalogo sunt desumendæ, qui totus in essentialibus est juris naturalis & perpetui, ejusque expositio, pro maxima ejus latitudine sumenda est.

Rom. 2. 15. Matth. 5. 19.

IV. Decalogus ut in Scripturis proponitur, faciendorum & fugiendorum in genere morum est perfecta regulæ & norma, cui nihil à Christo est additum vel per modum præcepti justitiæ accuratioris, vel verò Consilii alicujus Evangelici.

Deut. 4. 2. & 30. 31. Matth. 22. v. 39. & 5. 18.

V. Hinc appellatur *Lex moralis*, constatque decem præceptis in duas tabulas divisus: prioris tabulæ quatuor sunt præcepta, ex quibus secundum, de Imaginibus Dei non faciendis, nec ullis ad cultum erigendis, à primo distinctum est: posterioris

rioris verò tabulæ sex sunt præcepta: quorum ultimum *de concupiscentia*, malè à Pontificiis & Lutheranis in duo præcepta dividitur.

Exod. 34. 28. Deut. 6. 13. Exod. 20. Deut. 5. & 4. 15. 16-17. Rom. 7. 7.

V I. *Dies Dominica*, in locum Sabbathi judaici hebdomadalis, institutione divinâ & praxi Apostolicâ substituta, etiam vi quarti præcepti ab omnibus Christianis observari debet, *Joh. 20. 19 26 Act 20 7 1 Cor. 16. 2.* nec ei adjungenda *Festa*, nominibus & memoriæ divorum in Papatu dicata; Anniversaria tamen in memoriam *nativitatis mortis & resurrectionis Christi*, itemque *missionis spiritus S. licet* institutio, nis Ecclesiasticæ; piè tamen in Ecclesiis nostris & omnibus Reform. observantur.

V I I. Ut *usura* mordens octavo; sic omne *mendacium* nono præcepto, quod si fiat in juramento & tertio prohibetur; ut & quodvis *juramentum* vanum & superstitiosum, jactumque per creaturas; tamen re ita exigente, ad justitiæ manifestacionem necessariam, cùm juramentum pium & laudabile

& sanctum, sit actus Religionis & charitatis, nemini est interdictum.

Exod. 22. 25. Deut. 23. 19. 20. Ezech. 18. 12. 13.

Lev. 19. 11. 12. Eph. 4. 25. Lev. 5. 4. 5.

Matth. 5. 37. & 23. 16. Exod. 22. 10. 11.

Hebr. 6. 16. Jer. 4. 2. &c.

VIII. Lex homini peccatori convincendo & ad Christum adducendo, non justificando apud Deum ordinatur: cum nec sit ullus, qui ei plenè satisfacere posset; & Christus semel hoc agens nobis justitiam sit meritus; quâ à maledictione & vigore legis sumus liberati, non verò ab omni ejus observantia; cum novæ vitæ studium, ad illius amissionem exigi debeat.

Rom. 13. 19. 20. Gal. 3. v. 24. Rom. 8. v. 3.

Actor. 13. 38. 39. Tit. 2. 11. 12.

IX. Lex Mosaicæ Forensis, de gubernatione politica, in populo judaico, cum fuerit juris specialibus & positivi, non obligat, nec unquam restituerur, ut nec Respublica Judæorum. Cerimonie item legales de ritibus sacris in cultu observandis, ita sunt per mortem Christi abrogatæ, ut deinceps illas usurpare vel imitari non liceat nec ultra tenemur servare: A-

postolicam prohibitionem, de sanguine suffocato & Idolothy'is, *Act. 15.* quæ non nisi ad tempus & propter infirmiores è Judæis fratres facta fuerat: ut Ecclesia è Judæis & Gentib⁹ possit facilius & firmi⁹ sine offensione alterutri⁹ partis coalescere.

1 Pet. 2. 5. Coloss. 2. 14. Gal. 5. 2. Rom. 14. 14. 17. 1 Cor. 8. 8.

X. Legibus humanis à legitimo Magistratu sancitis, etsi directè non obligent conscientiam, quæ soli Deo sub est tamen propter conscientiam est obediendum, licet duriores fuerint, modo, nihil turpe præcipiant.

Rom. 13. Act. 4. 19.

DE CAS. IX.

De Fœdere Gratia & Libero Arbitrio.

IRrito factò per lapsum Adami fœdere naturæ ac operum, ei statim successit Fœdus gratiæ & fidei; in manu Mediatoris, prius à promissione de Semine mulieris sancitum; quæ est fundamentum & ma-

& matrix omnis verbi gratiæ, quod imposterum auditum est.

Cen. 2. 17. & 3. 15. 2Cor. 5. 19. Heb. 9. 15.

II. Hoc nec promulgatione, nec oblatione, nedum acceptatione, universalis statui debet: sicut enim Deus Gentes olim, viis suis incidere, *Act. 14. 15.* & hodie, quibus Evangelium annanciatur non omnes obediunt; sicque foederis gratiæ sponfione excluduntur.

Psal. 147. 19. 20. Rom. 10. 15. 16. Marc. 16. 16.

III. Ut Foedus naturæ *Lege*: sic gratiæ *Evangelio*, quod est doctrina gratiæ & salutis in Christo, continetur: quod quidem sanctione multum differt à *Lege*, non tamen propriè perfectione. *Lex* promittit vitam facienti ex se; *Evangelium* credenti in Christum, utrobique tamen, regula justitiæ & pietatis perfectè continetur, & proponitur.

Joh. 3. 16. Exech. 20. 21. Act. 16. 31. Gal. 3. 12. Tit. 2. 12.

IV. Quamvis nomine Veteris Testamenti strictè significetur factio legis cū populo Judaico ad montem Sinai, adeoque

sic opponatur novo Testamento, pro doctrina fidei & gratiæ Judæis & Gentibus communi, *Rom. 1. 16.* accepto; tamen, nihil obstat, quo minùs fœdus gratiæ, sive totum curriculum ab Adamo ad Christum, Veteris Test. nomine veniat, quia in eo aliquid erat innovandum.

Gal. 4. 24. Joh. 1. 14. Hebr. 8. 13. & 9. 1.

V. Differunt igitur Vetus & Novum Testam. duratione, amplitudine, claritate, facilitate, suavitate, administrationis varietate: conveniunt verò quoad substantiam: cùm & in Vet. Test. concio gratiæ de remissione peccatorum per Christum Mediatorem audita fuerit; quâ non minus omnes fideles fuerunt justificati & salvati; quàm Nov. Test. tempore, & utrobique quamvis sub diversâ œconomia idem Christus obtineat.

Hebr. 8. 7. 6. 7. 13. & 9. v. 1. 9. 10. 15. 23.

Eph. 2. 13. 14. 15. Coloss. 2. 14. 16. 17.

Act. 4. 12. & 3. 12. & 10. 43: & 26.

6. 22. Hebr. 1. 9 & 13. 8. & 4. 2, Rom.

4. 13. Act. 15. 11. &c.

VI. Quare, pii, qui sub Vet. Testam. vixerunt, & promissiones habuerunt spiritua-

ritua-

rituales, & viventes per fidem, post obitum ad gaudia cælestia admissi sunt: quorum nempe eadem fuit nobiscum fides, idem Mediator eadem justitia & salus.

Matth. 8. 11. Luc. 2. 39. Act. 26. 6. Psalm. 31. 6. 1Cor. 10. 4. Hebr. 11. 13. Actor. 15. 11. & 10. 43.

VII. Inter Vet. & Nov. Testamenti dispensationem medium intercessit Joh^b Bapt. ministerium, quod ut excellentiâ celsit Apostolico; sic præcelluit Prophetico: cujus Baptisma à Christo institutum, remissionem peccatorum obsignasse, idemque substantiâ & re fuisse cum eo, qui hodie in Ecclesiis obtinet, omnino statuendum est, *Matth 3. 11. Act 19. 4 v. 5.* quo & Christus Dominus tingi voluit, eum Ecclesiæ Nov. Testamenti dicaturus, ut eo stasim in initio Ministerii sui publici sponsor fœderis obsignaretur, fœderatorum nomine omnem justitiam impleturus, *Matth 3 15.*

VIII. Liberum Arbitrium, facultas illa myxa Intellectûs & Voluntatis, quæ agit præcedente judicio & consilio, erat

integrum homine *integro* & indifferens ad bonum & malum, poterat tamen ferri in bonum, naturæ suæ analogum, licet opus habuerit auxilio divino potentiam hanc in actum deducente & immutabiliter perficiente,

I X. In statu verò *corrupto* quamvis beneficio reliquiarum imaginis divinæ, ferri possit in bonum naturale & civile; tamen ad res spirituales, est planè mortuum & servum peccati ferturque tantum in malum: ut omnia infidelium opera, licet in speciem bona: tamen ratione formæ, accuratè loquendo sint splendida peccata.

Rom. 2. 14. Phil. 3. 6. Actor. 28. 10. Eph. 4.

17. 18. Joh. 8. 34. Rom. 6. 16. Hebr. 11. 6.

Tim. 1. 15. Rom. 24. 23.

X. In statu *restituto* & gratiæ, fertur quidem naturâ in malum morale; tamen per gratiam flectitur & (vaviter determinatur, ad bonum spirituale, manebitque in eo statu immutabiliter: & quamvis ad sui restitutionem habuerit se merè passivè: (quid enim mortuum ad sui vivificationem conferat? *Eph. 2. 1.*) tamen vivifica-

vificatum & vivere se intelligit & actionum, quæ à se vivente proficiuntur sit proximum principium liberè agens.

Gal. 5. 16. 17. 18, Rom. 7. 14. 21. 25. Phil. 2. 13. Eph. 3, 16. 17, 18. Psal. 119. 106. 108.

DECAS X.

De Personâ & Statu Christi.

I. **N**on ut à Christo *Christiani* merito dicimur, ceu ejuldem unctiōis consortes, 1. *Joh. 2. 20. 1. Pet. 2. 5. 9. Apoc. 5. 10.* sic quidam possunt discretivè *Jesuite* appellari à nomine Jesu, ad cujus etiam pronunciationem, caput aperire genu flectere, potius quàm ad nomen Dei vel Christi, superstitione non carer.

II. Jesus Christus, mediator noster unicus. Deus est & Homo in unitate personæ, ut contrà, quàm obtinet in S. S. Trinitate, sit in illo aliud, non tamen aliud & aliud. Humanâ naturâ. non Personam Mediatoris divinam perficiente vel consumante, sed ei in opere mediationis absolvendo succurrente. *Psalms.*

Psal. 40. 7. *Hebr.* 10. 5. *Joh.* 13. 4. *Joh.*
1. 14. *1 Tim.* 3. 16. *Tit.* 2. 1. *Act.* 20. 28.

III. Necessaria fuit duarum natura-
rum, divinæ & humanæ in unicâ Christi
personâ unio; partim, quia Christus Spō-
sor, debuit legi subjici, ad obedientiam &
mortis perpeſſionem: partim, ut nullâ
peccati tentatione vinci posset; verum
se ipsum sanctè in mortem oblatum, ab
ea vindicare & liberare posset Ipse: imò
unius solius obedientia, æquivalens esset
omnium obedientiæ, quandò unus pro
omnibus salvandis moreretur.

Rom. 8. 3. *Hebr.* 2. v. 14. *Joh.* 14. 30. *Hebr.*
9. 14. *2 Cor.* 5. 14. 25.

I V. Unio ista pendet ex Myſtero In-
carnationis: quo Dei Filius in unitatem
personæ suæ nostram assumſit naturam, ex
carne & sanguine B. Virginis Mariæ, per
operationem Spiritûs S. quæ licet fuerit
miraculosa, tamen ipsa naturæ formatio
in uero, ut & gestatio & partus, fuerunt
secundum naturæ ordinem.

Luc. 2. 5 6-7. & 1. 35.

V. Ut Christus quâ Deus est ὁμοῖος Pa-
tri;

tri; sic quâ homo, & naturæ ipsius specificæ respectu, est nobis per omnia similis, excepto peccato: quod sanctificanti Spiritûs operationi debetur; quâ ei nova anima sancta; cum perfectâ Dei imaginæ, & corpus à pollutione peccati liberum, fuerunt creata, undè ut alter Adamus novi hominis & novæ creaturæ caput & stirps semenque sanctificans censetur.

Rom. 9. 5. & 1. 3. 1Cor. 15. 45. 47 Heb. 2. 11

V I. *Unio hypostatica* in Christo, neque multiplicat personas, neque confundit naturas; ut per eam non competant formaliter & subjectivè divinitati attributa & proprietates carnis, ut visibilitas, mortalitas, &c. sit vicæ versâ, vi ejusdem non competunt formaliter & subjectivè humanitati proprietates divinitatis: cujusmodi sunt, æternitas, infinitas, omnipræsentia, omnipotentia, &c.

VII. *Communicatio* itaque *Idiomatum* in Christo nihil aliud importat, quàm proprietatum utriusque naturæ, quæ nominibus abstractis exprimitur, attributio-

nem eidem supposito vel Personæ quomodocunque in concreto denominatæ.

Luc. 18. 32. *Joh.* 3. 13. *Act.* 20. 28. *1 Tim.* 3. 16

VIII. Status Christi fuit duplex prior Exinanitionis, posterior Exaltationis. Ad *exinanitionem* pertinent, Conceptio natiuitatis, vita ærumnosa, tam privata, quàm publica, passio crucis, descensus ad inferos, mors & sepultura, *Phil.* 2. 6, 7.

IX. Descensus Christi ad inferos, nequàm intelligi debet de anima Christi separata, quæ fidei custodiæ Patris commendata, transiit in Paradysum; sed de cruciatibus infernalibus ante mortem, maximè in animâ perpeffis; quandò acerbitatem cruciarum in corpore cumulauit tristitia & labor animæ luctantis cum sensu iræ Dei, tentationibus Satanae & portis inferorum, usque ad potestatem tenebrarum; donec de victio diabolo, mortis potestatem habente, euinctos in libertatem vindicaret.

Luc. 23. 43. 46. *Matth.* 26. 37. *Luc.* 22. 43.

44. & 21. 23. *Esa.* 53. 11. *Hebr.* 5. 7. 9.

& 2. 14. 15.

X. Ad

X. Ad *Exaltationem* pertinet Reluctio gloriosa, sine corruptione corporis quod fuit affectum unionis hypostaticæ in Christo *ἀφωρισ* & servatæ, etiam in morte; solutâ quamvis unione, physicâ animæ & corporis: item ascensio localis & visibilis in cælum: tûm sessio ad dextram Patris: quæ, non situm corporis denotat; sed Personæ Christi regiam dignitatem, oppositam ei ministerio humili, quo in terris functus est.

Psal. 16. 10. *Act.* 2. 33. & 5. 31. *Phil.* 2. 9.
Act. 1. 9. *Eph.* 4. 9. 10. 1-Tim. 3. 16.
Rom. 8. 34. *Eph.* 1. 20. *Ap.* 3. 21.

DECAS XI.

De Officio Christi, Prophetico, Sacerdotali & Regio.

I. **C**Hristus secundum utramque naturam est solus Mediator, non utique Angelorum; sed tantum hominum Electorum: ut quamvis salutis, Mediatione Christi facta impetratio, ab ejus applicatione distingvi debeat; tamen eâ latius

non patet : neque enim aliis vel pluribus Christus salutem acquisivit , quàm iis & omnibus & solis, quibus eam donat & applicat.

1 *Joh.* 2. 2. 2. 31 *Tim.* 2. 5. *Phil.* 2. 7. 8. *Heb.* 2. 16. *Joh.* 17. 9. 24.

II. Jesus Christus est verus mundi Messias, in Vet. Test. promissus & præfiguratus ; jam in plenitudine temporis exhibitus ; undè etiam triplex ei competet officium , Prophetæ Sacerdotis & Regis, in hominum Mediatore necessariò requisitum.

Gen. 49. 10. *Dan.* 9. 24. *Hagg.* 2. 7. *Esa.* 7. 14. *Dent.* 18. 15. *Esa.* 61. 1.

III. Quà Propheta , voluntatem Patris de salute nostrâ , olim quidem multis modis & vicibus , demùm & in carne annuntiavit, legem verò moralem non auxit, nec cortexit ; sed doctrinam illius vindicavit & applicavit ; futura prædixit, & Evangelium gratiæ exhibitæ promulgavit : quod ut multis miraculis illustravit, ita & inculpatæ vitæ exemplo confirmavit : & mortis martyrio obsignavit :

a scen

ascensus autem in Cœlum, ministerium Ecclesiasticum in Apostolis erexit & posteritate usque ad finem seculi duraturum ut semper Ecclesiæ suæ loquens repræsentaretur commendavit.

Hebr. 1. 1. Joh. 1. 18. 1Pet. 3. 19. Matth. 5.

20. Joh. 3. 16. & 5. 36. & 8. 46. Eph. 4.

11. 12. Luc. 10. 16. 1Cor. 11. 1. 2Cor. 5. 20.

IV. Est autem eo respectu unicus & supremus Doctor Ecclesiæ omnium seculorum; ita tamen, ut suâ in carne prædicatione Oeconomiam Nov. Test. reddiderit illustriorem.

Matth. 23. 8 & 7. 29. Joh. 7. 45. 1Pet. 1. 18

Esa. 61. 1. 2. Luc. 4. 17. Joh. 12. 36. Mat.

16. 17. Luc. 10. 22.

V. Quâ Sacerdos æternus & juxta ordinem Melchisedec, se ipsum stitit obedientem Patri pro nobis, & victimam piacularem peccatorum in cruce; ut cum proprio sanguine sâctuarium cœleste subit sacrificii à se oblatis vim & efficaciam jugiter Deo repræsentaturus.

Psal. 110. 4. Hebr. 7. --- Phil. 28. Eph. 1. 9. 2.

Hebr. 9. 14.

VI. Necessarium erat absolutè satisfac-

ri ju-

ri justitiæ divinæ pro hominibus ad salutem adducendiis, sponfore ipsorum ea præstante & perferente, ad quæ ipsi ex rigore legis tenebantur.

Ezech. 18. 20. Esa. 53. 4. 5. 10. Matth. 2. 28.

2Cor. 5. 21. Gal. 3. 13. Rom. 8. 3. & 4.

25. 26.

VII Hanc Satisfactionem verè & rigore legis Christus præstitit, corpore & animâ iram Dei sustinendo pro nobis: sicque Deo nobis reconciliatio, nos à maledictione liberavit. & jus acquisivit tam plenum vitæ æternæ: ut nullus amplius supersit locus ulli alii sacrificio propitiatorio, vel propriis nostris satisfactionibus.

Rom. 3. 19. 1Tim. 2. 6. 1Thess. 5. 9. 1Joh.

2. 2. Dent. 27. 26. coll. Gal. 3. 13. Hebr.

9. & 10. Rom. 5. 1. Colos. 1. 21. 22. Eph.

5. 2. 2Cor. 5. 19. 20.

VIII. Ea adumbrabatur olim per agnum Paschalem & reliqua sacrificia legalia in Vet. Test. quæ licet peccata auferre in se, & efferentes in conscientia sanctificare non poterant, nihilominus, gratia Dei & sponsonis Christi meritum, de
actua-

actuale expiatione, olim ex Deitolerantia certò præstanda, ad remissionem peccatorum & veram ἀφεσις, justificationem & salutem fide apprehensa fuere efficacia, & pro illo tempore sufficientiæ, adeoquidem, ut licet fidelibus V. Test. consummationem expiationis actualis Dei dispensatione morte præventis videre non licuit; tamen Apostolus eos á maledictione & irâ liberatos in numerum civium cœlestis Hierusalem asserere & fidem eorum in exemplum N. Test. fidelibus propagare nihil dubitet.

*1 Cor. 1. 7. & 15. 3. 4. Hebr. 9. 9. & 10. 10.
Rom. 3. 24. 25. Matth. 9. 2. Rom. 4. 7.
Hebr. 11. 40. Rom. 8. 1. 33. Hebr 12. 28.
22. 2. & 11. 6.*

IX. Spectat & Christi Sacerdotium
ejus jugis intercessio pro nobis apud Patrem; quæ omnem Angelorum & de mortuorum Sanctorum intercessionem evertit

Rom. 8. 34. Hebr. 7. 25, & 9. 24. 1. Joh. 2. 1.

X. Quâ Rex est caput & fundamentum unicum Ecclesiæ: Regnumque ejus non est terrenum; neque tantum mille annos

annorum, sed simpliciter & absolutè æternum, cujus fidem cœlum non terram esse ipsum Regni cœlorum nomen satis indicat, *Psal. 1. 6. & 45. 12.*

1Cor. 13. 11. Eph. 1. 22. Luc. 1. 33. Dan. 7. 14

Matth. 3. 2. & 4. 17. Joh. 18. 36.

D E C A S. XII.

De Vocatione ad Salutem & Fide.

I. **V**Ocatio, quâ à Deo è statu peccati, ad Christi beneficium invitamur, non solum externò ministerio verbi; sed etiam internè efficaciatâ Spiritus S, specialis est Electorum Dei.

Matth. 11. 28. & 28. 19. Eph. 2. 1. 13. 2. Thess. 2. 14. Rom. 8. 29.

II. Agit autem Deus in ea, ut citrà coactionem & vim, quomodò voluntaria non foret: ità insuperabiliter & modo planè irresistibili ut, qui veniunt & obsequuntur id in solidum debeant Dei vocanti & trahenti, qui autem non veniunt nec obsequuntur merito culpandi sunt.

Phil. 2. 3. Eph. 1. 19. 2Tim. 1. 9. Matth. 20. 1. Joh. 6. 74. Jer. 31. 18.

III. Vocatio efficax & ipsam resipiscen-
tiam & fidem operatur invocatis, non
meram credendi & resipiscendi faculta-
tatem, determinandam ab eorum arbit-
rio, dùm hominem, ejusque voluntatem
Deo subicit per amorem, cumq; ex nolen-
te & fugiente facit volentem, acceden-
tem sequentem, ex renitente, volunta-
rium sacrificium. *Psal. 110. Deut. 30. 6.*

Rom. 9. 16. 1Cor. 4. 7. Phil. 2. 13.

IV. Fides & salvifica & justificans est
sancta & æterna animi persuasio, à Spîritu
S, in cordibus nostris excitata, quâ pro-
missiones salutis in Christo firmiter ap-
prehendimus & fiducialiter nobis appli-
camus: differtque non gradu tantùm sed
naturâ à fide temporaria, historia & mi-
raculorum.

*Hebr. 11. 11. 2Tim. 1. 12. Rom. 4. 21. &
4. 5. 2Cor. 1. 21. 22. 1. Tim. 1. 15. 16.
Matth. 7. 2. 1. Cor. 13. 2. Jac. 2. 19.
Joh. 22. 42. Luc. 8. 13.*

V. Ei competit tùm notitia, nec enim
coeca est: tùm fiducialis assensus promif-
sionibus divinis & firmissima eorum ap-
prehensio; quâ credens, illas ceu ad se
pertin-

pertinentes certissime sibi applicat.

Esa. 53. 11. *Job.* 19. 25. *Job.* 17. 2. 2. *Tim.* 1. 12. *Eph.* 3. 12. *Matt.* 9. 22. *Hebr.* 4. 16

VI. Charitas non est illius forma; sed tamen ab ea separari non potest.

1. *Cor.* 13. 2. *1. Tim.* 1. 5. *Jac.* 2. 26. *Gal.* 5. 6.

VII. Estque tantum hominum Electorum, non Reprobatorum; adulatorum non infantium; ut unusquisque fidelis vivat fide propria, quam habet pro demenso gratiæ divinæ, secundum plus aut minus: estque inamissibilis.

Joh. 8. 37. *Act.* 13. 48. *Marc.* 9. 24. *Hab.* 2. 4. *Matth.* 9. 22. & 24. 24.

VIII. Objectum ejus generale est voluntas Dei in verbo suo revelata: Speciale, est Christus cum omnibus suis beneficiis: absque cujus cognitione, nemo adultus ex Evangelio potest salvari, cujus summa est: Christum esse unicum ac perfectum, omnium verè credentium Servatorem,

Esa. 59. 21. *Joh.* 20. 21. *Rom.* 20. 17. *Joh.* 17. 3. & 16. 1. *1. Tim.* 1. 15. 16.

IX. Veri fideles possunt & debent esse certi de suâ salute per Christum, sic ex consequenti de sua perseverantiâ finali in fide,

ade, ab' que qua salus obtineri non potest.

Rom. 8. 38. 2Tim. 1. 12. 2Cor. 1. 12. & 13. 6.

X. Certitudinem hanc fundat, partim fœderis gratiæ immutabilitas, partim effici-
 ex Dei custodia, Christi nunquam ces-
 sans intercessio, & Spiritûs S. obsigna-
 tio: quibus secundum Electionem con-
 firmantur & ad studium pietatis excitan-
 tur, ut solidam habeant etiam in tentatio-
 nibus & propriæ infirmitatis sensu con-
 solationem, si quando prolabantur, non
 fore ipsorum peccata ad mortem vel con-
 demnationem.

1. Pet 1. 5. 2. Pet. 1. 3. Eph. 1 3. 14 & 4² 20.

1. Joh. 3. 9. 10.

DECAS. XIII.

De Justificatione.

I. **V**ocabulum justificationis, cùm
 de nostra agitur coram Deo, non
 alio sensu, quàm *forensi*, ac ut accusationi
 & condemnationi opponitur, usurpatur
 in scripturâ Estque sententia Dei gratio-
 sa, qua propter Christum fide apprehen-
 sum, fidelem peccatorem, maledictioni

ob. 9.

obnoxium, absolvit à peccato & justum reputat ad vitam.

Prov. 17. 5. Psal. 143. 2. Rom. 8. 33. & 3. 22. 2. Cor. 5. 19.

II. Homo peccator, utut jam fidelis, operum suorum ac propriæ justitiæ meritis apud Deum justificari nequit: neque justificatio, quam Evangelium proponit in illius justitiæ habitualis vel inhæsiivæ ex parte Dei, vel præstatione ex parte nostri consistit.

Phil. 4. 9. Esa. 64. 10 Jac. 3. 2. Rom. 3. 20.

III. Justificatio *legalis*, ut fœderi operum erat propria; sic hodiè nulla est, non quidem vitio legis, cujus promissiones non sunt fallaces, nec incertæ; sed propter infirmitatem carnis, *Rom. 8. 3 Gal. 3. 17.* justificatione Evangelica, legali succedente. *Act. 13. 39.*

IV. Justificatio autem *Evangelica* consistit in remissione peccatorum per sanguinem Christi: sive, in obedientiæ totius, meriti, justitiæ & satisfactionis Christi, gratuita imputationis per fidem: quæ duo, licet distinctè, concipi possunt; tamen,

men, ut à le invicem non divelluntur, sic neque realiter differunt.

Rom. 4. 5. Psal. 32. 1. 2 1. Cor. 1. 30. 2 Cor. 5. 20. Phil. 3. 9. Eph. 1. 7. Rom. 5. 19. & 10 4. Esa. 53. 11.

V. Illius verò acceptandæ & admit- tendæ in adulris, non aliud organum pro- ponitur in Scriptura, quàm Fides; quæ ideo sola; licet non solitaria justificat: non quidem meritoriè, principaliter & disp. finivè; sed instrumentaliter & appre- hensivè.

Roman. 16. & 4. 11. & 3. 28. Galat. 2. 16. Phil. 2. 9.

VI. Justificatio hæc fidei *unica* est, ut & ipsa fides, sitque simul & semel; licet terminorum suorum respectu in activam & passivam benè distingvatur.

Eph. 4. 5. Apoc. 22. 11. Matth. 9. 2,

VII. Quamvis autem decretum de no- bis justificandis sit æternum, & morie Christi simus meritoriè justificari: actu tamen non justificamur, antequàm Deus sententiam absolutoriam pronunciet & inservet conscientiis nostris.

Rom. 4. 5. Act. 10. 43. Eph. 1. 13. Tit. 1. 11 12.

VIII.

VIII. Justificatio ista *gratuita* quoad se, nec intenditur, nec remittitur; sed tantum quoad sui apprehensionem & sensum: undè quotidie orantes debemus petere remissionem peccatorum, ut nempe executio istius sententiæ, quæ in justificatione est pronunciata, maturari possit & promoveri in nobis: imò pro rationi singulatum peccatorum, in dies magis ac magis apprehendi & experimento certo cognosci.

Luc. 17. 5. Apoc. 22. 11.

IX. Est autem justificatio omnium *æqualis*, tum Vet. & Nov. Test. fidelium; ac importat abjudicationem injustitiæ omnis, & justitiæ ac vitæ per illam adjudicationem, licet quoad culpas actuales non omnes homines sint æquè peccatores,

Exech. 18. 24. Act. 15. 11. & 10. 43. Apoc. 13. v. 8.

X. Est etiam *absoluta & immutabilis* & à toto peccati & ab omni cecato, non immediate tollendo culpam aut maculam; aut omnia eff. & peccati; sed obligationem actualem & reatum ad mortem.

tem æternam subeundam ut culpâ remissâ, non amplius sit locus condemnationi vel ulli alii poenæ satisfactoriæ in foro divino. admissio verò in libertatem filiorum Dei, sive adoptio, cui conscientiæ fiat manifesta & testata.

Rom. 5. 1. & 8. 1. Joh. 8. 36. Gal. 4. 54

DECAS. XIV.

De Sanctificatione & Bonis operibus.

I. Sanctificatio, est actio Dei gratiosa, quâ hominem justificatum à turpitudine peccati repurgat & puram sui imaginem in eo restituit: quæ nec confundi debet cum justificatione, nec ab ea divelli.

1. Cor. 6. 11. Col. 3. 9. 10. 2. Tim. 2. 19. 21

II. Incipit ab affectibus & cordo, per operationem irresistibilem Spiritûs S. & procedit exinde ad actus & opera per semen regenerationis, quæ semel facta nec intercidiunt penitus, nec in quoquam iterantur; nunquam tamen peccari omnes reliquæ penitus tolluntur, quorum & remissio pe-

D

lio pe-

sio petendu , & novi resipiscentiæ actûs ,
per veram in Christum fidem quotidie
excitandi.

Eph. 4. 22. 23. *1. Thess.* 4. 4. 3. *Rom.* 6. 12.
13. & 12. 2. *1ak.* 3. 2. 2, *Cor.* 4. 15. 2, *Pei.*
1. 5. 6. *Gal.* 5. 16.

III. Fructus Sanctificationis in ho-
mine sunt Bona Opera , quæ verè talia
censeri nequeunt ; nisi quatenûs gratia
Spiritus S. ex fide secundùm legis præ-
scriptum , in gloriam Dei præstantur : at-
que hinc etiam placent Deo & promissio-
nem habent mercedis ; licet remuneratio
non fiat per appretiationem mercedis ad
operum dignitatem ; sed propter com-
munionem meriti Christi , quæ à poste-
riori demonstratur ex operibus , ut fructi-
bus fidei.

Eph. 2. 10. *1. Tim.* 1. 5. *Rom.* 14. 23. & 8.
13. & 6. 13. *Hebr.* 11. 6. & 6 10. *1 Cor.*
15. 10. 2. *Cor.* 3. 5. *Luc.* 17. 10. 2. *Tim.*
3. v. 4.

IV. Sunt ergo Bona Opera omnibus
adultis planè necessaria ad salutem , non
quidem demerendam & efficiendam , sed
tamen addendam & consequendam : nec

enit

enim Deus absque bonorum operum studio non conversis spem facit vitæ æternæ & salutis; quæ sunt testimonia illius fidei, quæ viva est & per quam justus vivit & salvatur.

Matth. 5. 16. I. Pet. 2. 13. 15. 2. 13. 15. I. Cor. 2. 12. Jac. 2. 17. 18. Act. 14. 22. Rom. 8. 17. Matth. 3. 9. 2. Cor. 4. 17. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. & 5. 25. Eph. 2. 8. 10. Matth. 5. 16. 1. Pet. 2. 12.

V. Promoveretur Sanctificatio piis precibus; quæ soli Deo juxta ipsius placitum per unicum Christum Mediatorem & Advocatum nostrum cum intelligentia, ex fide, gestu etiam numinis reverentiam & cordis humiliationem coram Deo testante, sine ullâ loci alicujus quasi sanctioris superstitione, *Joh. 4. 21. 23. 1 Tim. 2. 8. Act. 1. & 5. & 10. & c.* Sunt offerendæ: in quibus & tempore & *κατὰ καιρὸν* ac *κατὰ ἄρτυρον* debent vitari: ideoquæ possunt & debent extrare formulæ publicæ, maxime in cultu ordinario Ecclesiæ: in privatis enim precibus & casibus extraordinariis, cuique fidei allaborandum, ma-

ximè autem Ministris Ecclesiæ, ut possint animi sui desideria, absque ejusmodi adminiculis coram Deo piè & patheticè exponere.

Matth. 6. 6. 17. Esa. 29. 13. Eccl. 5. 2. Num. 6. 23. Luc. 11. 1-----Rom. 8. 26. Joh. 4. v. 21. 23.

VI. Ut Preces sic Vota soli Deo offerri & nuncupari debent etiam sub N. Test. quò sic sancta & religiosa animi nostri pollicitatione de rebus licitis & in nostra potestate positis spontè & ex fide factâ officii nostri exequendi religiosa promittitudo fiat manifesta & testata in veritate & iustitia, undè quæ vota inter Monachos in Papatu obtinent obedientiæ nempe Pauper-jatis, & coelibatûs, multifariam vitiosa sunt.

Deut. 23. 1. Psal. 76. 12. 1. Sam. 1. 11. Gen. 28. 20. Psal. 66. v. 13. & 119. 106. & 116. 14. 2. Cor. 9. 7. Act. 3. 4,

VII. Jejunium Religiosum, est abstinentia extra ordinaria ab adjumentis & solatiis hujus vitæ, ad ostensionem humilitatis & confessionem indiguitatis nostræ coram Deo; nec tamen meritorium est bene-

beneficiorum divinatorum, nec satisfactorium pro peccatis justitiæ Divinæ: imò in se consideratum non est bonum opus, nec pars obedientiæ nostræ; sed quatenus est medium disponens ad preces liberiores ardentiores & efficaciores habendas.

Esa 58. 6. 7. *Neh.* 1. 4. 2. *Chron.* 20. v. 3.

Esth. 4. 16. *Matth.* 9. 15. 1. *Cor.* 7. v. 5.

Jon. 3. 8. 9. *Joel.* 2. 12---

VIII. Non ergò debet collocari in certo ciborum delectu, aliis ex conscientia scrupulo & cum execratione rejectis; cum vera humilitas ab omnibus, quibus voluptati corporeæ indulgetur, *Dan.* 10. 3. neq; certis & statis temporibus cum delectu dierum affigi: cum sit medium extraordinarium ex occasione speciali dependens.

Matth. 15. 4. 11. *Rom.* 14. 14. 1. *Cor.* 8. 8.

1. *Tim.* 4. 1. 3. *Colos.* 2. 21. 23. 1. *Cor.*

16. 25. *Zach.* 7. 5. 6. *Gal.* 4. 10. *Matth.*

9. 15.

IX. Elemosyna, est opus pium & religiosum, ex fide in Deum proveniens, ut necessitatibus proximi subveniamus ex charitate, sub spe remunerationis divinæ.

ex gratia : sive satisfactionis pro peccato
vel meriti vitæ æternæ jactantia : quo &
& communio bonorum Anabaptistica &
otiosa paupertas monastica tolluntur.

*Esa. 58. 6. 7. Matth. 5. 7. Luc. 6. 36. & 11.
41. Matth. 6. 2. Eph. 4. 28. 2. Thess. 3.
10. -- Gen. 3. 19. 1. Tim. 5. 8. 10.*

X. Omnia nostra Opera, quamvis optima ; tamen dum hîc vivimus propter infirmitatem carnis & reliquias peccati, imperfectionibus sunt obnoxia : statum enim perfectionis dum per fidem expectamus, spiritus regeneratus cum carne infirmâ perpetuò luctatur.

*Rom. 7. 15. -- & 8. 2. 4. & 6. 12. 13. Gal. 5.
16. 25.*

D E C A S. XV.

De resipiscentiâ & Libertate Christianâ.

I. **A**D Sanctificationem inchoandam & peragendam Resipiscencia requiritur ; quæ nec sacramentum est , nec virtus aliqua specialis ; sed officium Evangelicum , requirens mutationem quandam

dam mentis & animi à malo in bonum,
ex dolore secundum Deum profectam,
appellatur in Scriptura mortificatio vete-
ris & vivificatio novi hominis.

Eph. 4. Colos. 3. Matth. 3. 4. Act. 24. 26.

II. Nec bene nec sufficienter definitur
Contritione cordis, confessione oris,
satisfactione operis: cum optima poeni-
tentia sit nova vita, sive propositum se-
rium emendationis vitæ ut & admissa lu-
geas & lugenda non amplius committere
verè constituas.

Matth. 27. 3. 4. 5. Gal. 6. 15. 2. Cor. 5. 17

Psal. 51. 19. & 38. 4. 5. Act. 2. 37. 38.

III. Hic subservit Lex Evangelio,
peccatum ostendens & peccatorem non
arguens solum; sed & iudicii divini ter-
rore conterens; undè & malleus appellatur,
Jer. 23. 29. sic in corda per legem contrita,
oleum misericordiae infundit Evangeli-
um, ut peccator de peccato doleat & de
dolore gaudeat.

Luc. 10. 34. & 19. 38. Psal. 32. 5. 11,

IV. Quamvis autem serius esse debeat
dolor de peccatis, isque non servilis metu

D 4

poenæ;

pœnæ; qui & dolor mundi dicitur, 2. *Cor.* 7. 10. sed filialis & virtutis amore, qui est secundum Deum: ut tamen peccatis propriè adæquetur fieri non potest.

V. Confessio peccatorum debet fieri soli Deo, qui offensus est: vel privatim *Psal* 32. vel publicè cum tota Ecclesia, *Dan*, aut etiam proximo, qui læsus est: in publicis quidem scandalis coram tota Ecclesia; at privata omnium peccatorum in aurem Sacerdotis confessio Tyrannica est: ut tamen in gravioribus animi angoribus ad consolationem & levamen conscientiae, consultum sit viris piis, imprimis verbi ministris, delicta nostra confiteri.

Jas. 5. 16. *Rom.* 10. 10. *1. Joh.* 1. 9. *Luc.* 15. 21. & 18. 13. *Matth.* 3. 6. *Act.* 19. 18. 19. *1. Tim.* 5. 20. *Matth.* 6. 14. & 16. 15. 22. 38.

VI. Absolutionis autoritas est penes solum Deum, à quo omnis nostra salus dependet, qui ut credentibus peccata remittendi infidelibus ligandi potestatem ministerialem verbi ministris indulsit: ita

pecc-

peccatum quoq; proximo dolenti & confu-
fienti cunctos remittere jubet,

Aët. 11. 18. Matth. 16. 18. 35.

VII. *Indulgentiæ Pontificiæ*, non ampliùs piæ fraudes dici debent, sed impiæ: cùm nec fit in rerum naturâ thesaurus ille cui innituntur: solius Jesu Christi sanguis & satisfactio est inæstimabilis ille thesaurus, ex quo piæ & toræ apud Deum, dantur indulgentiæ credentibus: Pontificiæ autem huic sunt injuriæ & planè nugatoriæ; quæ vel naturales poenas, quales sunt morbi damna, mors; &c. tollere, vel saltem relaxare nequeunt.

1. Pet. 1, 18, 1. Joh. 1. 7.

VIII. Adjunctum Sanctificationis est Libertas Christiana, quâ liberamur à peccati reatu & dominio: à maledictione ac rigore legis: ceremoniis item legalibus & traditionibus humanis, manente obligatione Deo Magistratibus & superioribus præstandâ.

Rom. 8. 1, 2. & 6. 12. Gal. 3. 13. Aët. 15. 10. Coloss. 2. 14. Matth. 15. 2. Gal. 5. 1. Jac. 4. 12. Eph. 6. 5.

IX. Circa res naturâ sua *adiaphoras*; lege Dei nec præscriptas nec prohibitas, Libertas integra manet fidelibus, non restringenda scrupulis non necessariis aut humanis institutis: exercenda tamen cum fide & charitate,

1. Tim. 4. 4. Rom. 14. 17. Coloss. 2. 16. 17.
 Matth. 23. 24. 1. Cor. 8. 13.

X. Ut *Scandalum* infirmiorum, quod mixtum vulgò dicitur, est hic à prudentioribus præcavendum; sic scandalum in genere non licet sumere ex actionibus aliorum bonis aut saltem indifferentibus, vel dare sermonibus, aut actionibus malis & vitiosis,

Matth. 18. 7. Gal. 2. 3.

DE CAS XVI.

De Statu Animæ separata, Resurrectione carnis, Consumatione sæculi & iudicio ultimo.

I, **M**ors solvit vinculum animæ & corporis adeoque est misera privatio vitæ; anima tamen cœu immaterialis

rialis & immortalis, super est & operatur etiam separata à corpore.

Hebr. 9. 29. Eccl. 12. 9.

II. Animarum verò è corpore post vitam vitæ penitus emensam separatarum, duo tantum sunt receptacula *Paradysus* & *Gehenna*: ut debeat torqueri cum dæmonibus in inferno, quæ non regnat cum Christo in Cælo.

Matt. 7. 14. & 22. 13. Joh. 14. 2. 3.

III. Undè, *Purgatorio* & *Limbo* Pontificiorum spontè corruentibus liquet. Ethnicum & superstitiosum est precari pro mortuis: vel sacrificia pro illis offerre, *Eccles. 11. 3. 2. Cor. 5. 1. 1. Joh. 1. v. 7. Psal. 116. 15. Apoc. 14. 13. Rom. 2. v. 9.* ut & morientes in spem ^{ut dixerunt} ridiculè ungere: cum & ægrotorum unctio Apostolica, fuerit donum extraordinarium sanationis; & sanatio non unctioni, sed Dei beneficio precibus per fidem gratis debebatur.

Matt. 6. 13. Jac. 5. 14. 15.

IV. Animæ ergò sanctorum, quæ in terris fuerunt Deo per fidem unitæ; ita

inspiratæ à corporibus & cœlo receptæ,
ad claram Dei visionem, per lumen glo-
riæ & veram felicitatem admittuntur:
consumationem verò gloriæ consequuntur
dùm post resurrectionem corporis unitæ,
plenæ & perfectæ beatitudinis æternâ
possessione donabuntur.

Job. 19. 27. Matth. 5. 8. & 25. 23. 1. Cor.
22. 12. Apoc. 22. 3. 4. 1. Joh. 3. 2.

V, Sanctos tamen demortuos colere
vel in se, vel in imaginibus, reliquiis, vo-
tis, Templis; &c. vel tutelæ provinciarum,
urbium, artificiorum, morborum; &c.
more Gentiliorum deorum eos perfice-
re, aut ullo modo adorare & invocare
planè nefas est. honorandi enim sunt pro-
pter imitationem, non adorandi propter
religionem.

Matth. 4. 10. Rom. 10, 14. Jer. 17. 5. Hebr.
11. & 12. 1, 2.

VI. Spiritus autem ipsorum impio-
rum damnatio & pœna gehennæ excipit;
quæ non est igitur aliquis materialis, &
externus; qui nihil possit in naturam Spi-
ritualem; sed vermis conscientiæ & de-
speratio,

Matth.

Matth. 8, 27. & 28, 41. Marc. 9, 47. Apoc.
14, 11. & 19, 3.

VII. Universalis futura est Resurrectio omnium omnino hominum qui vixerunt; sed solum electorum, ut vi & merito resurrectionis Christi, ita ad vitam & gloriam, cum Christo æternam possidendam: impii verò & reprobi licet ejusdem virtute divina resurgant & eodem cum piis tempore; tamen eos manebit condemnatio; poena æterna ex summi judicis sententia & peccati merito, non damni tantum verum etiam sensus.

Dan. 12, 3. Ezech. 37, 36. Rom. 8, 11. Joh. 5, 29.
& 11, 24. Act. 24, 15. 1 Cor. 15, 22. Apoc. 20, 5.
6. 13. Phil. 3, 21. Apoc. 14, 11. Matth.
6, 11. 12. & 11, 24.

VIII. Resurgent autem corpora eadem, quæ ceciderunt, nec alia in essentialibus; sed tantum altera in qualitatibus cæterum; carne sanguine & ossibus constantia, manente etiam sexus discrimine & iis quos Dominus in adventu suo vivos reperiet mortalitate, per aliquid mori analogum exutis: ut Christus sit futurus Judex vivorum & mortuorum.

2. Cor. 5. 10. 20. *Matth.* 27. 52. *Job.* 19. 26.
1. Cor. 15. 51. 1. *Thess.* 4. 17. *Rom.* 14. 9.

IX. In consumatione Sæculi per ignem divinitus accensum, mundus quidem conflagrabit : at non annihilabitur ; sed liberabitur à vanitate cui subiectus est, Deo formam externam novam, sive qualitates novas incorruptibiles introducente, ut novos coelos & novam terram contempnamus, in quibus justitia habitet.

Psal. 102. 26. *Matth.* 22. 30. *Rom.* 8. 19. 20.
2. *Petr.* 3. 13. *Act.* 3. 21.

X. Judicium ultimum exercebit Christus Dominus super omnes pios & impios (& diabolis poenarum suarum complementum percepturis) cum præsentis sententiæ executione : cujus quidem ut locus nobis est incognitus ; sic diem sapientia divina nos latere voluit ; ut singulos dies nostros observaremus expectantes illustrem : Filii Dei adventum sobrii & vigilantes,

Joh. 5. 27. *Matth.* 15 & 13. 4. *Ecc.* 12. 16.
Dan. 7. 10. *Matth.* 12. 36. 1. Cor. 4. v. 5.
1. *Thess.* 1. 7. *Apoc.* 20. 12. *Rom.* 2. 46.
Matth. 24. v. 28. *Marc.* 13. 32. *Luc.* 21.

DE CAS XVII.

De Membris Ecclesie & Ministerio Ecclesiastico.

I. **E**cclēsia est Coetus hominum vocato-
rum eandem fidem in Christum pro-
fitentium, beneficiisque ejusdem fidei
participantium: ut ejus univoca & viva
membra sint soli verè credentes; non ex-
clusis tamen eorum liberis qui sancti sunt
& catechumenis credentibus: imò & in-
justè excommunicatis: equidem in uno
Papâ Ecclesiam consistere vel repræsentati-
vâ, ridiculè asseritur.

*Matth. 16. 18. Eph. 5. 25. & 1. 22. 1. Tim. 3.
15. 2. Tim. 2. 20. Act. 13. 48. & 2. 39.
& 20. 28. Joh. 8. 47. 1. Pet. 2. 9.*

II. Ad Ecclesiam veram & proprie-
dictam pertinent quoque fideles ac pii V.
Testam. hodiè in cælesti gloria triump-
hantes: quo aspirat etiam Ecclesia in terris
militans; laborans autem in Purgatorio
nulla est; nisi quæ cum dæmonibus per-
petuo

petuo igne torquetur & sine spe veniæ, cum æternis cruciatibus luctatur, & quàm verè; tam frustra laborat.

Hebr. 11. 8. & 12. 23. Joh. 8. v. 56. Apoc.

13. 8. & 6. 11. & 7. 14. 15. Hebr 11, 26

Matth. 25. 34. 41. 46. &c.

III. Quamvis distinctio sit retinenda inter Ministros Ecclesiæ & ipsum gregem; tamen illos *clericorum*, vel Ecclesiasticorum; hunc *Laicorum* aut quod magis secularium nomine cum eorum vili pendio & contemptu exprimi, duriusculum videtur.

1. Pet. 5. 1. 3. & 2. 9. Act. 20. 28.

IV. In Ecclesia necessarium est Ministerium Ecclesiasticum; quo certis personis ex Dei Ordinatione & vocatione idoneis, jus speciale confertur, res sacras administrandi publicè in Ecclesia nomine Dei: quod dum vocatione immediatâ & speciali Spiritûs S. assistentiâ ad functionē muneris fiebat, erat *Extraordinariū*, velut Prophetarum Apostolorum & Evangelistarum; quorum Ministerio Deus, & Scripturam S. extare voluit, ut per eos omni postea

posteritati loqui posset.

((

Rom. 10. 15. 17. *Eph.* 4. 11. 1. *Cor.* 4. v. 1. & 3. 9. *Hebr.* 5. 4. 2. *Cor.* 5. 19. 20. 2. *Pet.* 1. 21. *Hebr.* 1. 1. *Psal.* 74. 9. *Act.* 1. 22. 26. *Gal.* 1. 1. *Act.* 9. 15.

V. Proprium huic ministerio fuit etiam *Donum lingvarum & miraculorum*; quæ ut pertinebant ad confirmationem fidei de veritate divinâ; sic non nisi usu & ædificatione Ecclesiæ postulante edebantur: ut frustra sint hodiè miracula jaëtitantes, nisi & reliqua charismata ministerio Extra-ordinario propria ostenderint: postulantes autem miracula in constituto ordinario Ecclesiæ ministerio, veritatem Apostolicam tot miraculis insignem negent: oportet.

Exod. 4. 1. 2. *Jer.* 1. v. 7. 15. *Mat.* 16. v. 20. *Matth.* 7. 22. 23. & 24. 24. 2. *Thess.* 2. 9. *Joh.* 10. 41. *Luc.* 10. 17. 20.

VI. Ordinarii ministri post tempora Patriarcharum, (quibus & Melchisedec vixit.) in Vet. Test. fuerunt *Sacerdotes* ex præscripto legis sacrificiis & cultui legali vacantes potissimum & *Levitæ*, ris intervi-

frugum

& pecudum: quorum quidem officium, cum omni ritualium observantiarum ehoragio, per unicum Christi veri Sacerdotis Sacrificium aboleri debuit.

Gen. 14. 18. Hebr. 7. 1. Exod. 28. 14. Num. 18. 6. Hebr. 7. 1. Coloss. 2. 15. 17. Heb. 10. 5. & 8. 1. Malach. 1. 11.

VII. Ordinariorum Novi Testamenti Ministrorū munus consistit in *docendo & Regendo*; ascitis ad Regimen & Senioribus populi, viris piis & gravibus, ad similitudinem quadantenus illorum septuaginta à Mose, Dei mandato electorum, *Num. 11. 16.* ut & *Diaconis*, pauperes curantibus & Ecclesiae redditus (sicubi sint) legitimo usui asservantibus & erogantibus: quibus ut singulis suis; tamen in verbo laborantibus duplex deberetur honor, cum stipendio convenienti ab Ecclesia vel ejus curatioribus exhibendo.

1. Cor. 12. 28. Rom. 12. 8. Matth. 26. 7. 3. Act. 20. 17. 18. Tit. 1. 5. Act. 6. 7. 1. 1. Tim. 3. 8. 9 & 5. 17. 1. Thess. 5. 12. 13. Matth. 10. 10. 1. Cor. 9. 7. --

VIII. His, donorum idonea mensurâ instructis & primùm probò examinatis, ordina-

ordinatione legitimâ per *ἐκποσίαν* aliorum Pastorum confertur jus sacri Ministerii exercendi in suis omnibus partibus: sed per electionem & approbationem & vocatione mediante determinationem ad certum gregem sive *ἐκποσίαν* exercitium illius juris consequuntur, debentque officio suo tam sancto, piè, sobriè, sedulo, constanterque defrugi.

Rom. 12. 6. 1. Pet. 4. 10. 1. Tim. 3. 2. & 4. 14. 22. 2. Tim. 1. 6. Joh. 10. 2. Hebr. 5. 4. Tit. 1. 7. Luc. 9. 61.

IX. Et quamvis ex instituto Christi & praxi Apostolicâ ministri Ecclesiæ inter se, ut communione nominum in Scripturâ usurpata, ita & juris dictione & potestate sint æquales: ut non dicatur verus Presbyter, qui non sit verè Episcopus, *Act. 20. 28 Tit. 1. 7. 1. Pet. 5. 1. 2.* tamen ordinem Episcopalem, solo nomine ob Pontificiorum abusum superbum. Ecclesiæ nostræ cum confessione Helveticâ tolerant.

Luc. 22. 25. 26. Matthe 23. 7. 11. 2. Cor. 11. 5. & 12. & 11. & 8. 3. Gal. 2. 6. 9.

X. Pri-

X. Primorum nostrorum Reformato-
rum vocatio fuit ordinaria si spectemus
eorum ordinationem ordinemque tunc
vigentem in Papatu: & legitima abusibus
& corruptionibus Papatûs ab eâ separa-
tis; Extraordinaria tamen, si considere-
tur ejus determinatio sub Dei providen-
tiâ ac benedictione ad reformationis o-
pus: qui cûm veterem doctrinam Apo-
stolicam in veritate prædicarent: novæ a-
licujus fidei vel religionis coriphæi vel
inventores haberi non debent.

1. Cor. 3. 3. 4. 5. 9. 21. 23.

D E C A S. XVIII.

De Magistratu & Conjugio.

I. **P**ARIBUS Ecclesiæ materialibus etiam
principalioribus Magistratus, si pius
& fidelis fuerit debet annumerari; cujus
officium, cûm sit ordinatio divina in po-
pulo. ad justitiæ ex auctoritate administra-
tionem publicam (quo potissimum re-
spectu Magistratus dii dicuntur, *Psalm. 82.*
v. 6. Job. 10. 34.) & hodie qui libet Chri-
stia-

ffianus, ex electione Dei & populi consensu idoneis, sub N. Testamento eo fungi potest, & omnia ad normam juris & æquitatis agere, quæcunque pertinent ad potestatem gladii sibi commissi: fontes punire, bella pro pace Republicæ & Ecclesiæ gerere, populo fidelitatis & obedientiæ officia præstante, usque tamen ad aras,

Esa. 49. 23. *Prov.* 3. 15. 16. *1. Tim.* 2. 1. 2.
2. Petr. 2. 13. 17. *Rom.* 13. 4. & 12. 18.
Matth. 22. 17. *1. Pet.* 2. 18. *Act.* 4. 18. 19

II. Et quamvis Magistratus munia formaliter, Ecclesiastica exercere non possit, nec debeat; equidem eorum exercitio sanctè, liberèque obeundo piè invigilare: Ministerium Ecclesiasticum fovere, in corrupto Ecclesiæ statu, piæ reformationi operam dare, prudentiâ modum & consilium suggerente, ne in tempestivâ & præposterâ severitate vel austeritate absterreantur, qui sanctâ tolerantia & lenitate erant alliciendi; scandalosos tamen & pacis publicæ & Ecclesiasticæ turbatores, velût utriusque tabu-

læ cu-

læ custos, secundum leges justitiæ & pietatis coercere, & omni curâ id agere, ut cum pace Reipublicæ, pax & tranquillitas Regni Christi conjuncta esto.

1. Sam. 13. v. 9. 13. 2. Reg. 18. & 22. & 23.

Neh 13. 30. 1. Reg. 15. 12. 13. & 11. 27

& 2. 3. 5. 6

III. Undè patet, Ministros Ecclesiæ & Ecclesiasticos quosvis, pii & Christiani Magistratû potestati & jurisdictioni subesse, eique debitam obedientiam & subjectionem non minus debere, quàm Magistratus officii sui & pietatis fortè negligentior verbi ministro piè monenti & reità exigente, sanctè corripienti, tanquàm supremi Magistratûs personali mandatario & legato, cum agnitione delicti obedire debet

Rom. 13. 1. 2. Sam. 12. 7. 13. Psalm 141. 5.

Luc. 10. 16. Ezech. 3. 17. Hebr. 17. 2. 17.

IV. Ec cum Reges & Principes debeant esse nutriti non Harpegæ Ecclesiæ & Ecclesiasticorum, pium & legi Dei conforme est Ecclesias convenientibus reditibus munire, pios Ecclesiæ ministros, eorumque viduas honestas in persona & bonis

bonis, curis & oneribus politicis exemptos in immunitate tueri: imò *Scholas & Collegia*, tanquàm Reipublicæ & Ecclesiæ seminaria erigere, liberaliter sustentare, eorum cives in libertate tueri, conferaque Ecclesiæ manu, legibus etiam Ecclesiasticis subiectos gubernare, uti qui in ipem Ecclesiæ & Reipublicæ adoleſcunt, in debita utrique obedientia educentur.

V. Ecclesiæ membris legitimè propagandis destinatum est divinum Conjugium, in quo Mas & Foemina iustà ætate pares legitimo consensu, Ministro Ecclesiæ benedicente copulatur, ut ex auxilium mutuum & remedium incontinentiæ sibi invicem in domino præstent: quod tamen Sacramentis N. Fœderis annumerari non debet.

Geneseos. 1. 28. & 2. 18. Matth. 19. 4. 5. 6.
1. Cor. 7. 2. 3. 5.

VI. Illi repugnat non solum Scortatio, fornicatio, adulterium, incestus, raptus, stuprum & quæcunque nefariæ libidines, sed etiam Polygamia simultanea, & licentia divoriorum: quæ duo fuêrit
 potius

potius tolerata, quàm de jure permiffa
 fub Vet. Testamento. Duo tamen funt
 cafus, in quibus fe parabile eft Conjugium
 & quoad thorum & quoad vinculum
Adulterium fcilicet & *Malitiofa defertio*.

Rom. 7. 2. 3. 1. Cor. 7. 8. 9. Lev. 18. v. 18.

Dent. 17. v. 17. Matth. 5. v. 32. & 19. 9.

1. Cor. 7. 15.

VII. Præcedunt Conjugium *Sponsalia*,
 quæ non aliter, quàm de futuro contra-
 huntur; & tamen, qui alterius Sponsam
 contuprârit,, reus eft adulterii.

Dent. 22. 23.

VIII. Sunt autem jure divino & fe-
 cundùm honeftatem naturalem inceftuo-
 fe & in naturâ propagata nunquam per-
 mittendæ nuptiæ intra gradus, Levit. 18.
 expreffos, aut per analogiam ex illis in-
 telligendos; fed etiam hic fubfiftendum;
 neque nuptiæ ultrâ in foro conscientiæ
 funt prohibendæ, manente diftinctione
 inter caufas impediètes matrimonium
 contrahendum, & eas, quæ fuper illud
 contractum dirimunt.

IX. *Cauſis matrimonium contrahendum*

dum dirimentibus maximè accensenda
est disparatas Religionis contraheri no-
lentium: ne humano contractu, spiri-
tualis cum Christo connubii nexus solva-
tur, aut periclitetur: est enim ad postali-
am via facilis & præceptum.

1. Reg. 11. 1. 4. Deut. 7. 3. Esdr. 9. v. 2. 6
2. Cor. 6. 14.

X. Et, licet vocatio ad *Continentiam*
(quod ex propriæ conscientie & indi-
gentie testimonio est manifestum) sit ine-
signe Dei donum; tamen perpetuus *Cæli-
batus* à nemine attendus est, nequidem à
Ministris Ecclesiæ, quibus, ut & cæteris
licet esse conjugatis, & hoc prohibere, est
per imposturam Satanæ conscientie fra-
na injicere & cuius impuræ libidini laxa-
re: neque enim probrosum esse potest in
ministris quod Spir. Sanctus honestam &
decorum inter omnes judicat, *Hebr 13 4.*
quasiverò Sacramentum, quod reliquos
sanctificat, Sacerdotem Sacramenti ad-
ministrum polluat.

1. Cor. 7. v. 7. 8. 9. & 9. 5. 1. Tim. 3. v. 2. 4.
Tit. 1. 6. 1. Tim. 4. 1. 3. Dan. 11. 34.

E

DE.

D E C A S XIX.

De Regimine, Disciplinâ, Notis & Adjunctis Ecclesie.

I. **E**cclesie forma essentialis est mystica fidelium cum Christo unio, at Sanctorum communio illa, quam credimus & profiteamur in Symbolo Apostolico: quæ tamen mutuam inter Sanctos meritorum, vel satisfactionum communionem non infert. Externa verò forma consistit in sacris fidelium coitionibus ad exercitia pietatis publica sub Regimine convenienti, quod nec Democraticum est; nec Monarchicum; sed Aristocratico proprius.

Joh. 15. 1. Gal. 2. 20, Eph. 5. 32. 1. Cor. 12. 13. -- Rom. 12. 1 -- Ph:l. 2. 1 -- Tim. 3, 15. Act. 20. 28. Hebr. 10. 25.

II. Ad hoc Regimen sunt necessaria Presbyteria, Classés & Synodi, in quibus res Ecclesie spirituales ad normam scripturæ Sacr. tractantur; itemque doctrina, vitæ & mores omnium Ecclesie membrorum

ne Pa-

ne Pastoribus quidem excerptis ita veniunt sub censuram, ut admonitio, correctio, & si opus sit pro delicti demerito excommunicatio, ex potestate clavium, non recto pede incedentibus annuncientur, majoribus tamen casibus ampliori confessione reservatis: quæ, quò diligentius procedunt, eò authoritas supremi magistratûs suo jure conservatur feliciter.

Act. 15. 6. 1. Cor. 24. 42. Matth. 18. 16.

17. 2. Cor. 2. 6. 1. Cor. 5. 12. Act. 20. 17

III. Tota potestas Regiminis Ecclesiastici sita est in *Potestate Clavium*, à Christo Domino Ecclesiæ traditarum: quâ potestate Pastores Ecclesiæ, ex consensu senatûs Ecclesiastici fratres inordinatos, ejusdem Ecclesiæ membra, post privatas publicasq; admonitiones contemptui habitas, à Sacramento Coenæ arcent: tùm si eadem contumaciâ ducti non resipiscant coràm tota Ecclesia à communione Ecclesiæ, ne pars sincera trahatur, remonent; usque dùm tertiam poenitentiam testati, Deo & Ecclesiæ reconcilientur.

Matth. 18. 18. Joh. 20. 23. Luc. 11. 52. Num.

12. 14. 1. Cor. 55. 12. 1. Matth. 7. 7. 6.
 1. Cor' 11. 28. 2. Theff. 3. 6. 14. 2. Cor. 7. 1. 9
 & 10. 6. 8. & 13. 10.

I V. Ut non temerè deveniendum est ad plenam excommunicationem ; nisi ad peccatum accedat contumacia , sit in majoribus flagitiis , non semper consultum est his gradibus immorari ; quò & malo ulterius serpenti latices & scandalo , velocius currenti vola panduntur.

1. Cor. 5. 4. 5. 1. Tim. 1. 20. 2. Cor. 10. 4. 6. 8. Act. 3. 20. & 5. 1---

V. Excommunicatio legitima sicut non debet extendi ad jura Politica & economica , 2. Cor. 10. 3. 4. 5. 6. sic nullam admittit societatem & communionem familiarem cum excommunicato ; tamen eum velut fratrem moneri vult Apostolus : quò sit & à societate fidelium exclusus , & ei piis subindè monitis sancto pudore perfundatur. 2. Theff. 3. 14. & maturiùs resipiscat, 2 Joh. v. 10. 11. 1. Cor. 5. 7. 9. 10. Officia excommunicatis deneganda comprehenduntur, hoc versiculo :

*Os, orare, vale, communicatio, mensa negatur
 has*

has tamen exceptiones admittente :

Utile, lex, humile, rei ignorantia, necesse.

VI. Ecclesia in Conciliis legitime congregatis potest Constitutiones, quas *Canones* appellant condere, de Ritibus Ecclesiasticis, ordine & decoro, itemq: vitâ moribus & functione Ecclesiasticorum, quæ quidem obligant singula Ecclesiæ membra, tum ratione unionis sanctæ observandæ & colendæ; tum etiam scandali & *ἀνέκλις* sedulo vitandæ: conscientiam tamen non obligant; nisi vi & auctoritate verbi divini, cum quo consentiunt.

Matth. 5. 13. 1. Cor. 14. 20. & 11. 33. 34.

VII. Decisiones Ecclesiæ veræ in rebus & Controversiis fidei, quamvis suo merito magnificent, tamen nec regulam fidei constituunt & auctoritatem credendi à Scriptura (quæ Ecclesiæ est norma, ut credendi, ita & definiendi: & omne Officium Ecclesiæ circa scripturam debeat esse Ministerium) mutuantur. Paparum verò sunt ineptæ & ridiculæ, quarum fabri, cum spiritum veritatis jactant,

ſæpè à ſpiritu vertiginis & mendacii circum vaguntur: cùm autem commenta ſua, ſub nomine Eccleſiæ credenda proponunt, & ineptè nugantur & imprudenter ex Papâ faciunt idolum.

1. Cor. 3. 11. 12. Gal. 6. 16. Phil. 3. 16. Jer. 23. 32. & 14. 14. Mal. 2. 8. 2. Theſſ. 2. 10. 11. Matth. 7. 15. 22. & 15. 3. 6. Dan. 11. 36. Matth. 23. 15. & 16. 6. 12.

VIII. Quandoquidem verò tot ſint in mundo Hæreſes & Schiſmata, ut non fuerit facile *Errorum fundamentalium* Catalogum texere: cùm is in genere ſit in quo eſt abnegatio fundamenti, adeoque non poteſt conſiſtere cum fide & pietate; tamen Eccleſiarum Orthodoxarum ab omnibus heterodoxis diſtingvendarum certiffima & veriffima nota eſt doctrinæ in illis receptæ rituum diverſitatem pro varietate nationum, populorum, vel Eccleſiarum (modò fidei & pietati non adverſantur) non multùm moramur conformitas cum verbo Dei: cui in ſtatu Eccleſiæ benè inſtituto jungitur Sacramentorum legitima adminiſtratio & ſanctum diſciplinæ

plinæ Ecclesiasticæ exercitium : ut exindē
constet Ecclesias Reformatas esse veras
Christi Ecclesias, in quarum communio-
ne salus potest obtineri.

1. Cor. 41. 19. *Tit.* 3. 10. *Jud.* v. 23. *1. Cor.* 3.
11. *Gál.* 1. 8. *Phil.* 3. 16. *2. Cor.* 2. 17. &
6. 15. 16. *2. Joh.* v. 10. *Joh.* 7. 31. & 10. 4.
27. & 18. 37. *1. Iheff.* 2. 13. *Eph.* 2. 20.
Act. 24. 26. 27. & 2. 42.

IX Ecclesia Christi Catholica (non
ut olim stante politiâ Judaicâ, *Rom.* 9. 4.
Eph 2. 11. 12. per totum mundum est diffu-
sa (Romanam Catholicam dicere, con-
tradictorium est) estque invisibilis: fideles
enim, ejus membra, soli Deo sunt noti,
nempè fide & charitate secundum ele-
ctionem à se insigniti: particulares verò
Ecclesiæ licet quandoque non conspici-
antur & deficient, tamen in mundo nun-
quam penitus deficit Ecclesia vera, nec ita
extinguitur ut nulla supersit, ut & in va-
stissimo illo Papatûs diluvio ante Refor-
mationem fuerint multi pii, se se illius
fluctibus strenuè opposcentes & masculè
reverberantes: ad quos tamen non magis
tenemur, licet possimus, digitum inten-
dere.

dere,quàm Pontifici ad suam Ecclesiam
 sæculo ferreo decimo & undecimo , vel
 demùm, quem expectant sub Antichristo.

2.Tim. 2. 19. Apoc. 2. 17. Luc. 17. 20. 21.

1.Reg. 19. 28. Apoc. 12. 6. 14. Matth. 24.

24. Apoc. 13. 3. 1.Cor. 11. 19.

X. Officiũ tamen est omnium fide-
 lium coetui Ecclesiæ visibilis se se aggre-
 gare ad publicum Religionis exercitium,
Psal. 27. 4. Act. 2. 42. 46. Hebr. 10. 26. Jud. 7. 19. Communionem verò Romano Pa-
 pisticam , quemadmodum semper omnes
 pii sunt deestati, & primi Reformatores
 superioribus sæculis propter innumeros
errores in doctrinâ. Superstitionem & Idolo-
latriam in Cultu, Tyrannidem in Regimine,
 malculè deseruerunt: ità hodie debent
 eam fugere , quot quot salutis suæ sunt
 studiosi: nec unquam rebus sit stantibus
 reditum vel *Syncretismum* meditari: cum
 Papa se se effrens supra omne numen &
 nomen & quæ Dei sunt sibi tribuens, in
 Templo Dei sit *ὄντως* & Antichristus qui
 sub *serui servorum* titulo degeneri noa-
 chi nepoti in signum maledictionis im-
 posito

posito, Gen 9. 25 dū in Regibus & Principibus imperitat: non fastum minuit; sed hypochrisin auget.

2. Cor. 6. 14. 17. 1. Tim. 4. 1. 2. 3. Jer. 51. 8.
9. 45. Act. 19. 9. 2. Thess. 2. 3. Apoc. 13. 4.
6. 11. & 12. & 18 Dan. 7. 8. 21. 22.

D E C A S. XX.

De Sacramentis.

I. **S**acramenta sunt sacra & divinitus instituta signa ac sigilla, quibus promissiones gratiæ & salutis in Christo exhibentur obsignantur & per fidem applicantur: & quamvis in multis differant Sacram. V. & N. Test. tamen conveniunt in modo operandi; suntq; instrumenta merè moralia gratiæ divini; neutiquam verò eam conferunt ex opere operato.

Gen. 9. 12. & 17. 10. Rom. 4. 11. 1. Cor. 10.
4. Hebr. 13. 8. Apoc. 13. 8.

II, Præcipuus ac primarius illorum usus est, nobis significare & obsignare redemptionem quæ est in Christo Jesu, adeoque rem significatam suo modo exhibere, iis qui eâ quâ par est fide & attenta devotione suscipiunt.

Deut.

*Dent. 30. 6. Coloss. 2. 11. 1. Cor. 5. 7. & 10.
3. 4. 17. & 11. 27. Hebr. 10. 29. Mat. 3. 11*

III. Etſi debeant Miniſtri reverenter & attentè verſari in eorum adminiſtratione: illorum tamen exiſtentia & efficientia non pendet ex Miniſtrorum intentione; ſed ex ſola Dei inſtitutione & communionem per fidem.

Matth. 3. 11. Hebr. 4. 2. 1. Cor. 11. 23. 29.

IV. Duo tantum ſunt Sacramenta N. Teſtam. unum initiationis Baptiſmus, nutritionis alterum S. Coena. Baptiſmus eſt Sacramentum N. Teſt. quo perfuſione aquæ à legitimo miniſtro facta in nomen Dei Patris Filii & Spiritus S. ſignificatur & obſignatur fidelibus gratia purgationis à peccato & regenerationis ad vitam.

*Aſt. 2. 38. Hebr. 10. 23. Rom. 6. 4. 5. Tit. 3.
5. Joh. 3. 12.*

V. U. fluminis baptiſmus eſt immediata à Deo; ſic baptiſmus fluminis à ſolis miniſtris Eccleſiæ juxta inſtitutionem Chriſti, à quâ comuni purâ, ſine mixturâ ullius inventi humani, prout ſalis, olei, ſputi, &c. quæ in Papatu ſine ullâ lege, ritu planè ſuper-

superstitioso adhiberi solent, administrandus est.

Marc. 11. 4. Hebr. 5. 4. Act. 22, 16. & 8. 38. Hebr. 10. 22. Matth. 28, 19.

VI. Hoc Lavacrum Regenerationis & remissionis peccatorum, necessitatem quidem habet præcepti; non tamen medi, neque reiterari potest: ac prout infans ante baptismum à Satana obsessus fingi adeoque exercizari non debet, vel sine baptismo decedens condemnationi adjudicandus non est; sic Concupiscentia quæ post Baptismum in etiam renatis manet, pro veri nominis peccato est agnoscenda.

Eph. 4. 5. Hebr. 6. 6. 1. Cor. 6. 11. Job. 3. 5.

Matth. 28. 19. Marc. 16. 16. 1. Cor. 7. 14.

Psal. 127. 3. Rom. 7. 7.

VII. Fidelium ac quomodocunque fæderatorum infantes & liberi non minus possunt & debent hodie baptizari sub N. Test. quàm olim sub V. Test. circumcidi debebant, *Matth. 19. 13. 14. & 28. 19. Gen. 17. Act. 2. 39. & 16. 15 1. Cor. 7. 14.* neque enim receptis in fœdus, participibus promissionem & s. s. vel ils, qui ad Christum & Ecclesiam pertinent quorumque est regnum cœlorum, symbolum fœderis, obligatio promissionis & Spiritus; pignus beneficiorum Christi Ecclesie acquisitionum, vel Jus Regni cœlorum, ulla lege prohiberi vel denegari potest.

Gen. 17. 17. Act. 10. 47. Eph. 5. 26. 27. Matth. 19. 13. 14. & 18. 10.

VIII. Sacra Cœna est alterum N. Testam. Sacramentum, quo solemni & sacro panis & vini tanquam Symbolorum Corporis & sanguinis Christi usu;

usu, communio carnis & sanguinis Christi fidelibus adultis exhibetur & obfignatur, in quo panis qui frangitur, est & dicitur corpus Christi non per consubstantiationem aut transubstantiationem sed per commemorationem & mysticam significationem modo loquendi Scripturæ de Sacramentis usitato.

Matth. 26. 26. 27. 1. Cor. 11. 24. & 10. 16.

Luc. 22. 18. Eph. 3. 17. Gal. 2. 20. 1. Cor.

11. 26. & 12. 13. 14. Tit. 3. 5. Gen. 17. 10

Rom. 4. 11. 12. Gen. 4. 26. 27. Exod. 12.

11. &c. 22. 30. 1. Cor. 10. 4. &c.

I X. Debet hoc Sacram in Ecclesia distribui fidelibus adultis, qui se ipsos prius probarunt, non mulum & mancum: sed ex institutione Christi sub utraque specie panis & vini seorsim: tamen non adorandum proponi vel offerri, neque pro medicina aegrotantibus & febricitantibus porrigi: defuit enim extra usum esse Sacramentum.

1. Cor. 11. 28. Matth. 26. 27.

X. Qui ex eo fabricare voluit sacrificium propitiatorium in quo pro peccatis vivorum & mortuorum sub speciebus panis & vini offeratur corpus Christi: illud evertunt & evacuant crucem Christi: qui unica oblatione consumavit omnes qui sunt sanctificandi & consedit ad dextram maiestatis in caelis; undè expectant eum omnes populi ad salutem. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula Amen.

OEconomia Diarii Theologici juxta Decades.

Principium, nempe Scriptura Sac. Decad. 1.

Objectum, vera Religio, quæ tradit Dai considerando in DEO, ejus	Essentia Proprietatibus Personis		dec. 2. & 3.	
	Opera, quæ sunt Transcendentia, quæ sunt Gratiæ, cujus consider.	Naturam, in Immanentia ut Decreta quæ consid. in Naturæ, ut Creatio consider.	Genere ut Providentia & Specie ut Prædestinatio	
			quæ est { Electio & Reprobatio }	
			Angelorum, &c. dec. 5. Hominum, dec. 6.	
Fundamentum vel causa exequens CHRISTUS in quo consid.	necessitas respectu	Peccati Pœnar Legis. dec. 8.	Originalis. Actualis. } dec. 2.	
			Sanctio per Evangelium ubi de Ver. & Nov. Test. } dec. 9.	
			Leg. Arbit.	

Beneficia, quæ considerantur.	Relata respectu	Collationis erga Ecclesiam, quæ	Persona, quod sit { Dus & Homo	
			Status duplex { Ex manitio Ex itatione	
			Officium triplex { Propheticum Sacerdotale Regium	
			Initio, ut { Vocatio Fides Justificatio	
	absolutè, ut sunt in		Progressu ut Sanctificatio	
			Consumatione Glorificationi de	
			Anima separata Resurrectione Consumatione seculi Judicio extremo	
			dec. 16.	
			Collatur per Ministerium Ecclesiasticum dec. 17.	
			Præparatur per Conjugium } dec. 18.	
			Corratur { Externe per Magistratum Interne per Disciplinam } dec. 19.	
			Discitur per notas & Adjuncta	
			Obfignationes Sacra- menta, quæ Nov. Te- stamenti sunt	
			{ Baptismus & S. Coena } dec. 20.	